pag. 124

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ.

PHILOSTRATEI LIBRI DE GYMNASTICA QUAE SUPERSUNT

NUNC PRIMUM EDIDIT ET INTERPRETATUS EST

C. L. KAYSER
PH. D.

ACCEDUNT

MARCI EUGENICI IMAGINES ET EPISTOLAE NONDUM EDITAE.

HEIDELBERGAE.
SUMTIBUS J. C. B. MOHR, BIBLIOPOLAE ACADEMICI.
MDCCCXL.

VIRO ILLUSTRISSIMO

LIBERO BARONI

FRANCISCO DE RÜDT

A COLLENBERG-EBERSTADT

SERENISSIMO MAGNO DUCI BADARUM A CONSILIIS PUBLICIS

INTERIORUM RERUM PRAEFECTO

ORDINIS LEONIS ZAHRINGIAE EQUITI PRINCIPALI

ACADEMIAE HEIDELBERGENSIS CURATORI

D. D. D.

EDITOR.

PROOEMIUM.

Inter veteres scriptores, qui de arte gymnastica libros ediderunt [1]), non ultimum locum videtur obtinuisse Philostratus, qui Suida teste scripsit „Γυμναστικόν [2])· ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων“ [3]). Itaque Petrus Faber Agonisticon libro III. cap. 28. in fine, ubi loquitur de computatione Olympiadum haec addit: „de quibus omnibus profecto certius quidpiam veriusque ac minore interim opera id ipsum protulissem, si Eratosthenis Olympionicarum libros, quos ab Athe-

1) Eorum indicem dedit J. H. Krause in „Olympia, oder Darstellung der grossen Olympischen Spiele und der damit verbundenen Festlichkeiten“ etc. Wien 1838.

2) Lapsu nescio quo legitur in E. Meieri dissertatione: „Olympische Spiele (Encyclop. Ersch und Gruber p. 293) der Gymnastikos des Lemniers Philochorus, eines Sophisten aus Nero's Zeit.“ Errorem propagavit Krause, Olympia p. XII: „Der Lemnier Philochorus war Verfasser einer Schrift, betitelt Γυμναστικόν (immo Γυμναστικὸς sc. λόγος), welche, wie Suidas berichtet, sich vorzüglich auf die Olympischen Spiele erstreckten.“ Idem, ut diversum citat Philostratum περὶ γυμναστικῆς ex Schol. Plat.

3) Huc facit p. 20, 15. γυμναζόμενοι πάντα, καθάπερ Ἠλεῖοι νομίζουσιν.

naeo ac Diogene Laertio [4]) citatos reperio, aut si Lemnii Philostrati doctissimi sophistae illius, qui primus e tribus ejusdem nominis atque artis fuit Neronisque temporibus floruit, librum illum legere aut e longinquo saltem adspicere contigisset, quem inscripserat Γυμναστικόν, quando Suidas ipsum ad ea, quae apud Olympiam peragerentur, atque adeo ad totam agonum Olympicorum rationem pertinuisse in Vita illius auctor est." Laudatus is liber est a Scholiasta Platonis [5]), Resp. p. 338. c, qui aliquot versus inde servavit, repetitos a nobis et explicatos pag. 22; ecqui praeterea scriptores Graeci eum commemoraverint, invenire nondum contigit; ipse hucusque habebatur in deperditis. Hujus nunc particulas nonnullas in medium profero, accipe, L. B. quibus vestigiis repertas.

II. In paranda Philostratorum editione, quam egregii redemtoris auxilio sublevatus nunc cum maxime agito, primum mihi negotium hoc erat,

4) Cf. Athen. IV, 154. a. et Diog. Laert. VIII, 51.

5) Suspicor, Nostri esse ea quoque, quibus idem scholiasta utitur ad Phaedr. 227. e. Ἡρόδικος Σηλυμβριανὸς ἰατρὸς ἦν καὶ τὰ γυμνάσια ἔξω τείχους ἐποιεῖτο, ἀρχόμενος ἀπό τινος διαστήματος οὐ μακροῦ, ἀλλὰ συμμέτρου ἄχρι τοῦ τείχους καὶ ἀναστρέφων — et ad Protag. 335. e. δολιχόδρομοι εἰσὶν οἱ τὸν δόλιχον τρέχοντες, οὗ αἰτία ἥδε· δρομοκήρυκες ἐξ Ἀρκαδίας ἐφοίτων εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν πολεμικῶν ἄγγελοι καὶ ἀπείρητο αὐτοῖς ἱππεύειν, ἀλλ' αὐτουργοῖς εἶναι τοῦ δρόμου. τὸ ἀεὶ οὖν ἐν βραχεῖ τῆς ἡμέρας διαδραμεῖν στάδια, ὁπόσα ὁ δόλιχος, δρομοκήρυκας εἰςηγάζετο καὶ ἐγύμναζεν ἐν τῷ πολέμῳ.

ut notarem codices mstos, qui nondum adhibiti essent ab Oleario [6]) et Viris Summis, quorum curae egregias Heroicorum et Imaginum editiones debemus: perlustrandi igitur erant catalogi bibliothecarum, quod dum facio, nonnunquam etiam aliena consilio meo adverterunt oculos. In iis poterant haberi, quae leguntur apud Bandinium II, 478: „mutilus est in principio codex (Plut. LVIII, c. 32.) ac proinde quorsum pertineat primi folii fragmentum, in quo de pugilum apud veteres certamine agitur, nondum comperimus. Prima verba sunt . . . . . στιλβοὺς ἐργάζεται καὶ ἡ . . . . . ὡς περὶ γενναίῳ τε καὶ ἠσχημένῳ σώματι κ. ἑ. Postrema vero ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ξαίνεσθαι." Haec ille: at me statim Philostrateae orationis ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει, nilque moratus Virum Clarissimum Fr. de Furia per litteras rogo, ut illius mihi fragmenti faceret copiam: quo accepto omnis dubitatio tollitur. Continentur eodem codice etiam Heroicus [7]) (ita ibi inscribitur), et Philostrati Ju-

6) Nunc affirmare licet, nullum codicem mstum, qui alicujus sit pretii, praetermissum, complures etiam, quos Olearius exigua cum cura adhibuerat, c. g. Laudianum, Vratislaviensem, Havniensem, diligentissime esse excussos, ne loquar de magno eorum numero, quos plane ignoravit, inter quos est antiquissimus V. A. Par. 1696, cujus varias lectiones Viri Summi, Fr. Boissonadi egregiae liberalitati me debere, grato animo hic profiteor. Accedant eximiae Bentleii emendationes, et Huetii, Donzae ac Kimedoncii observationes ineditae. cf. infra p. 41. 86. 113. 150.

7) Cf. Praef. ad Vit. Sophist. p. XXXI et XXXII. not. 87.

naeo ac Diogene Laertio [4]) citatos reperio, aut si Lemnii Philostrati doctissimi sophistae illius, qui primus e tribus ejusdem nominis atque artis fuit Neronisque temporibus floruit, librum illum legere aut e longinquo saltem adspicere contigisset, quem inscripserat *Γυμναστικόν*, quando Suidas ipsum ad ea, quae apud Olympiam peragerentur, atque adeo ad totam agonum Olympicorum rationem pertinuisse in Vita illius auctor est." Laudatus is liber est a Scholiasta Platonis [5]), Resp. p. 338. c, qui aliquot versus inde servavit, repetitos a nobis et explicatos pag. 22; ecqui praeterea scriptores Graeci eum commemoraverint, invenire nondum contigit; ipse hucusque habebatur in deperditis. Hujus nunc particulas nonnullas in medium profero, accipe, L. B. quibus vestigiis repertas.

II. In paranda Philostratorum editione, quam egregii redemtoris auxilio sublevatus nunc cum maxime agito, primum mihi negotium hoc erat,

4) Cf. Athen. IV, 154. a. et Diog. Laert. VIII, 51.

5) Suspicor, Nostri esse ea quoque, quibus idem scholiasta utitur ad Phaedr. 227. e. Ἡρόδικος Σηλυμβριανὸς ἰατρὸς ἦν καὶ τὰ γυμνάσια ἔξω τείχους ἐποιεῖτο, ἀρχόμενος ἀπό τινος διαστήματος οὐ μακροῦ, ἀλλὰ συμμέτρου ἄχρι τοῦ τείχους καὶ ἀναστρέφων — et ad Protag. 335. e. δολιχόδρομοι εἰσὶν οἱ τὸν δόλιχον τρέχοντες, οὗ αἰτία ἥδε· δρομοκήρυκες ἐξ Ἀρκαδίας ἐφοίτων εἰς τὴν Ἑλλάδα τῶν πολεμικῶν ἄγγελοι καὶ ἀπείρητο αὐτοῖς ἱππεύειν, ἀλλ' αὐτουργοῖς εἶναι τοῦ δρόμου. τὸ ἀεὶ οὖν ἐν βραχεῖ τῆς ἡμέρας διαδραμεῖν στάδια, ὁπόσα ὁ δόλιχος, δρομοκήρυκας εἰςγάζετο καὶ ἐγυμνάζειν ἐν τῷ πολέμῳ.

ut notarem codices mstos, qui nondum adhibiti essent ab Oleario [6]) et Viris Summis, quorum curae egregias Heroicorum et Imaginum editiones debemus: perlustrandi igitur erant catalogi bibliothecarum, quod dum facio, nonnunquam etiam aliena consilio meo adverterunt oculos. In iis poterant haberi, quae leguntur apud Bandinium II, 478: „mutilus est in principio codex (Plut. LVIII, c. 32.) ac proinde quorsum pertineat primi folii fragmentum, in quo de pugilum apud veteres certamine agitur, nondum comperimus. Prima verba sunt . . . . . στιλβοὺς ἐργάζεται καὶ ἡ . . . . . ὡς περὶ γενναίῳ τε καὶ ἠσκημένῳ σώματι κ. ἑ. Postrema vero ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ξαίνεσθαι." Haec ille: at me statim Philostrateae orationis ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει, nilque moratus Virum Clarissimum Fr. de Furia per litteras rogo, ut illius mihi fragmenti faceret copiam: quo accepto omnis dubitatio tollitur. Continentur eodem codice etiam Heroicus [7]) (ita ibi inscribitur), et Philostrati Ju-

6) Nunc affirmare licet, nullum codicem mstum, qui alicujus sit pretii, praetermissum, complures etiam, quos Olearius exigua cum cura adhibuerat, c. g. Laudianum, Vratislaviensem, Havniensem, diligentissime esse excussos, ne loquar de magno eorum numero, quos plane ignoravit, inter quos est antiquissimus V. A. Par. 1696, cujus varias lectiones Viri Summi, Fr. Boissonadi egregiae liberalitati me debere, grato animo hîc profiteor. Accedunt eximiae Bentleii emendationes, et Huetii, Douzae ac Kimedoncii observationes ineditae. cf. infra p. 41. 86. 113. 150.

7) Cf. Praef. ad Vit. Sophist. p. XXXI et XXXII. not. 87.

nioris. Imagines ab antiqua manu duodecimi saeculi in membrana, deinde Senioris Imagines in charta descriptae a librario saeculi quarti decimi; quae et ipsa facit conjunctio ad confirmandam originem illius *ἀποσπασματίου.* Conjicio totum opus de gymnastica olim inclusum fuisse huic libro, atque ultima sola propterea servata, quia abscisso extremo folio etiam Heroicorum initium periturum erat. Jam circumspiciebam, possentne alia inveniri fragmina deleti operis, diu tamen frustra; donec fortuito tantum incidi in Catalogum codd. mstorum Bibliothecae Regiae Bavariae, cujus Codex CCXLII ab Hardtio sic describitur: „Chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et elegantibus, in quarto, exaratus a Mich. Apostole Byzantino saec. XV, constans foliis 122, (initio) mutilus, probe conservatus et inscriptus.

A. *ἦν οὐ μέγα, ἐπάλαιε δὲ πρόσω τέχνης τούτῳ νοσήσαντι μὲν τὰ δεξιὰ, ἐπέδωκε δὲ τὰ ἀριστερά κ. λ.*

T. *τὸ δὲ πυριᾶσθαι καὶ ξηραλοιφεῖν, ἐπειδὴ τῆς ἀκρικοτέρας γυμναστικῆς ἔχεται, Λακεδαιμονίοις ἄφωμεν* [8]).

Est fragmentum de gymnastica, in cujus fine legitur *μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος.*

Fol. 6.

εἰκόνες φιλοστράτου. προοίμιον ἑλλαδίᾳ" [9]).

8) Ita vitiose Hardtius, in codice ipso nil peccatum.

9) Igitur hic quoque obtinet conjunctio Gymnasticorum cum Philostrateo libro, quam supra in codice Laurentiano deprehendimus.

Summa cum laetitia haec legi, nimirum ultima verba, ab Hardtio excerpta jam habebam cognita ex schedula Florentina, et aliquanto plura inesse Monacensi codici vel ex paginarum numero concludere licebat. Desideratum librum annuente Ministerio Illustrissimo Augustissimi Regis Bavariae commodaverunt mihi egregii bibliothecae Monacensis custodes: hinc ducta, quae in octo primis foliis leguntur, easque reliquias tam fideliter typis exprimendas curavi, ut paginis paginae et versibus versus respondeant numero et longitudine, posthabitis quibusdam incommodis [10]), quae evitari nequibant; imitatus sum etiam vitia et inconstantiam in accentibus, diastolis, aliisque ejus generis et compendia scripturae. Inde autem ab 18, 5, ubi accedit fragmentum ex Laurentiano, plenius et melius scriptum, quam in Monacensi, illum potius sum secutus, sed abstinui accuratione in altero libro adhibita, utens scilicet apographo, non ipso codice.

III. In votis nunc est, ut his duodecim fragmentis mox alia accedant atque adeo integer Γυμναστικός resuscitetur ex latebris bibliothecarum; si quid amplius superest, hoc libello duce facilius explorabitur. Interim nec ista ingrata fore confido litterarum nostrarum studiosis, haud ignaris nullum praeterea exstare Graecum librum, cujus peculiare sit argumentum de re gymnastica, eam vero adeo diffusam fuisse in totum victum cultumque antiquitatis, ut sine ea cognitione nemo ne

10) ex. gr. p. 12, 20. p. 14, 19.

dicam profanos scriptores, etiam sacros explicet, quia identidem haereat. Non loquor de medicis Graecorum, quorum artis quodammodo pars erat gymnastica, quamobrem etiam Philostratus multus est in praeceptis salutaribus et Galenus aliique medici in gymnasticis [11]).

IV. Mireris tamdiu haec latere potuisse. At videntur VV. DD., qui hunc codicem inspexerunt, subscriptione Michaelis Apostoli fuisse decepti, nil magni scilicet exspectantes a tam sero teste. De vero auctore, quem ego Philostratum esse, quamvis nullo fisus titulo, tamen haud cunctanter contendo, nil hoc loco dicam, nisi

σύκῳ, μὰ τὴν Δήμητρα, σῦκον οὐδὲ ἓν
οὕτως ὅμοιον γέγονεν,

quam haec ceteris, quae scripsit Flavius, idque multis exemplis in Notis probare conatus sum; quibus si similia ex aliis scriptoribus componere potuerint critici, grato animo accipiam, si non potuerint, ac tamen suspiciones contra moverint, concedant et mihi de sua auctoritate in hac saltem quaestione dubitare [12]).

V. Hoc majore cum specie quis objiciat, ipsius Suidae testimonio tribuenda esse primo Philostrato, quae ego filio ejus, alteri Philostrato assignem. Existit sane aliqua inde difficultas, quod primi illius cetera opera plane perierunt, ut hac ex parte agi nil possit, comparatione filii

11) Cf. p. 29. 45. 50. 63. 98. 103.

12) Cf. censorem, ὅς μάλα πολλὰ πλάγχθη in: Allgemeine Literatur-Zeitung 1839. p. 346.

cum patre sublata, quae tamen evanescet, si memineris mentionem factam esse p. 8, 22 Helicis, quem eundem commemorat Noster Heroic. 679 (Boiss. 56). Is athleta in ludis ab Heliogabalo institutis an. 219 excelluisse dicitur a Dione Cassio LXXIX, 30 [13]). Ceterum Suidae accuratio in colligenda materia ut alibi summa non est, ita hic quoque, in capite de Philostratis nonnullum praebet vituperationi locum, exempli caussa, quum in scriptis tertii cognominis sophistae separat παράφρασιν τῆς Ὁμήρου ἀσπίδος ab Εἰκόσιν, in quibus illa est decima [14]), quum sine erroris nota eos dimittit, qui eidem tribuerant Vitas Sophistarum [15]), quum Neronem in libris primi Philostrati recenset, quem non poterat secundo denegare [16]), si meminisset locorum in V. A. IV, 24, 163 et V, 10, 195. simillimorum Neronis §§. 4 et 5. Quamquam haud negaverim, Suidae aut ei, unde sua Suidas in hac parte accepit, Philostratum bene cognitum fuisse, bonosque ejus scriptoris libros suppetiisse; nec lexicographi errorem nunc esse puto [17]), quod illic

13) ὁ δὲ Σαρδανάπαλος καὶ ἀγῶνας ἐποίει καὶ θέας συχνάς, ἐν αἷς Αὐρήλιος Ἀλὶξ ὁ ἀθλητὴς εὐδοκίμησεν. Vide etiam infra p. 59.

14) Intellexit hoc Fr. G. Welcker ad Imag. p. 631.

15) Vid. Prooem. ad V. S. XXVII.

16) Cf. l. c. XXXIII.

17) Quae erat mea opinio, cum scripsi Praef. V. S. XXIX. Aliorum conamina collegit Jacobsius ad Imag. p. XLI.

legitur: Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρου, πατὴρ δὲ τοῦ δευτέρου Φιλοστράτου, σοφιστὴς καὶ αὐτὸς, σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος, sed tria ultima nec suo loco inserta esse videntur, neque integra. Scripserat ille: Φιλόστρατος ὁ πρῶτος, Λήμνιος, υἱὸς Βήρου — Ἀθήναις. ἔγραψε λόγους πανηγυρικοὺς πλείστους — σοφιστήν. Νέρωνα. ἔστι δὲ περὶ ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ γεγονυίας ἐπὶ Νέρωνος, respiciens ad initium ejus dialogi: ἡ ὀρυχὴ τοῦ Ἰσθμοῦ καὶ σοὶ, Μουσώνιε, διὰ χειρὸς, ὥς φασι, γεγονυῖα, τῷ τυράννῳ νοῦν εἶχεν Ἕλληνα. Librarius, puto, parum attentus omiserat unum versum ἔστι — Ἰσθμοῦ, relictis his γεγονυίας ἐπὶ N., quae alius, ut jam sensu cassa in marginem rejecerit, alius denique leni facta mutatione γεγονυίας in γεγονὼς receperit in ordinem, sibi fortasse sapere visus, nec desipere Fabro, Vossio, Meursio, Tillemontio, Heynio et nuper Meiero, qui scilicet non animadverterent immensum CXX annorum inter patrem et filium spatium, alia et graviora spectantes.

VI. Ut redeam ad haec fragmenta, constitueram ea non nisi cum ceteris libris Philostrateis edere, sed praevertit hoc consilium Vir Summus, Fridericus Creuzerus, qui, qua est in me benignitate, mentionem illorum à me edendorum injecit in libellis diurnis [18]) Academiae Monacen-

18) Gel. Anz. an. 1839. nr. 159. p. 235. not. „Das Neuenheimer Relief zeigt unter Anderm Stierkämpfe (worüber

sis, nesciens ille, quid iis facere decrevissem. Sic cogor exspectationi, quam excitavit, respondere, nec tamen fructu suo carituram spero festinationem meam, si VV. DD. et augere et emendare voluerint, quae in Notis attuli. Indicem quamquam paucarum paginarum adjeci locupletissimum, in quo praeter particulas *καί*, *τε*, *δέ* et articulum nil desideraveris.

VII. His anecdotis adjunxi Imagines et Epistolas Marci Eugenici [19]), antea non cognitas nisi ex citationibus Leonis Allatii et Jacobsii: ille nominato quidem auctore, sed non vero titulo [20]) nonnulla affert ex Imagine, quae in nostra collectione tertia est, hic in Notis ad Imagines identidem laudat anonymum Philostrati imitatorem ex cod. Guelferbytano **82**, quo continentur quatuor *ἐκφράσεις* [21]) (apud nos **3** — **6**), *ἀνεπίγραφοι*,

Böttiger Kleine Schr. III. 40 — 54. zu vergleichen ist). Einer dieser Stierkämpfer muss jetzt mit dem gymnastischen Kunstwort als *ἐπαυχενίζων* bezeichnet werden, wie ich jetzt aus einer Stelle des vermuthlich dem Philostratus angehörigen unedirten Aufsatzes ersehe, welchen unser Herr D. L. Kayser aus einem Münchner Codex herausgeben wird: *οἳ δὲ ἐγυμνάζοντο ταύρους ἐπαυχενίζοντες.* Dieses Verbum muss in die Lexica aufgenommen werden.“ cf. p. 39.

19) Plurima collegit de eo Harlesius ad Fabr. XI. 670 — 677.

20) Cf. L. All. de octava synodo p. 56 (545). Appellat *ἔκφρασιν* animam agentis.

21) Ipse ex illo codice descripseram Eugenici opuscula, quum autem eo jam remisso nonnulla minus recte

nomen auctoris discimus ex Laurentianis IV, 21 et LXXIV, 13. Recentissimus est hic Eugenicus (quem theologi ex historia concilii Florentini, ut acerrimum Latinorum adversarium norunt), at valde doctus, et Philostrato adeo similis in istis descriptionibus, adeo illius loquendi formam referens, ut paene pusillus sit Philostratus. Inde excusabor, quod ubique attuli, comparationis causa, ex sophistae scriptis, inprimis ex Imaginibus, particulas, quibus imitatio illustraretur. Titulos his descriptionibus non praefixi, quia una carebat titulo, alia inepto insignita erat, alia in diversis codicibus diverso; sed recensebo hic earum argumenta.

1. Quam primo loco exhibuimus, Demetrii [22]) martyris supplicium repraesentantem, duximus ex Laur. LXXIV, 13. p. 224, in quo est inscripta: *ἔκφρασις εἰκόνος λογχευομένου τοῦ μεγάλου Δημητρίου Μακαρίου ἱερομονάχου τοῦ Μακροῦ.* Id dupliciter falsum, nam non Macres, sed Marcus E. haec scripsit [23]), ut apparet ex compara-

in meo apographo se habere auspicarer, pergratum accidit, quod Vir Venerabilissimus, Fr. Jacobsius suum mihi commodavit, ex quo plura, quae in altero perperam erant scripta, emendavi.

22) Boisson. Anecd. (II, 149) laudat de Demetrio Cameniatam p. 184. auct. Timarionis ed. Has. Not. Ms. IX, 2, 144, Wernsdorf ad Philen. 241, Matthaeium ad Greg. Thessal. p. 146, quibus addo Eustath. opusc. ed. Tafel. p. 162 — 182.

23) Non intellexit id Bandinius, addens: „Macarius hic Macer seu Macres montis Atho hieromonachus et inde

tione cum ceteris εἰκόσι, neque λοχευόμενος sed διαπειρόμενος depictus erat ille martyr in ea imagine.

2. Sequitur ibidem p. 225. τοῦ αὐτοῦ (scilicet Eugenici) εἰκὼν ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ Χριστοῦ.

3. Tertiâ expressum est funus Ephraemi Syri. Exstat ea in tribus codicibus, Laur. IV, 21. hoc titulo: Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ εἰκὼν κοιμήσεως τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου, in Laur. LXXIV, 13. hoc: εἰκὼν κοιμήσεως Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου Μάρκου ἱερομονάχου τοῦ Εὐγενικοῦ, et in Guelf. 82 (quem in hac et sequente Imagine solum consului): τοῦ μακαρίτου καὶ ἁγίου ἐφέσου ÷ ἐφραὶμ ὁσία. Volebat fortasse librarius τῆς Ἐφέσου μητροπολίτου Μ. Εὐγ.

4. In iisdem codicibus μάρτυρες στεφανῖται (Guelf. μ. στεφανίται) habentur.

5. Describitur opusculum e ligno exsculptum, de genere ῥωπογραφίας chorographicae. Ea ἔκφρασις in solo videtur Guelferbytano servari, ut etiam

6. ἐγκωμιαστικὴ ἔκφρασις Κορίνθου. Sed ea vix potest inedita dici, quippe ex encomio Trapezuntis (apud Tafel. Opusc. Eustath. p. 370.) [24])

Constantinopolitanus Protosyncellus anno Christi 1431 defunctus est. De ejus libro adversus Latinos, in quo processionem spiritus sancti a filio impugnat, vide Allat. de Consens. Lib. II. c. XVIII. p. 861 sq."

24) Male inscriptum hoc encomium in cod. Par.: τοῦ αὐτοῦ νομοφύλακος τοῦ Εὐγενικοῦ τῇ Τραπεζουντίων πόλει ἐγκωμιαστικὴ ἔφρασις, nam νομοφύλαξ ille frater Marci Eugenici erat, cf. Bandin. II, 592.

excerpta, nisi malis statuere, nostram prius fuisse scriptam, deinde illud ex hac quasi incrementa cepisse.

Duae denique epistolae, quae hoc agmen claudunt, ἀνεπίγραφοι quidem sunt, sed junctae in Laur. LXXIV, 13 cum aliis Eugenici opusculis, et stylo satis produnt auctorem suum; videntur autem ab Eugenico adhuc juvene esse scriptae [25]).

Quae alia anecdota in scriniis sunt, alteri volumini reservabo, si VV. DD. judicium de hoc fasciculo plura proferre permiserit.

Scribebam Heidelbergae, Nonis Aprilibus
MDCCCXL.

25) Leo Allatius l. c. laudat epistolam Marci ad Joannem Palaeologum, atque inde nonnulla excerpsit, quae hic correctiora repetam. Incipit cum verbis: δῶρόν τοι τοῦτο μικρόν, deinde legitur apud Allatium — τὰ ἄνθη τὸ τερπνὸν ἔχουσι, θᾶττον δὲ λόγου παρίασι καὶ φθίνουσιν, ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ὠκύμορον ἐννοήσαντες τὴν ἀληθῆ καὶ μόνιμον ἡδονὴν ζητῶμεν, τὴν μακαρίαν, τὴν διηνεκῆ, τὴν ἀνόλεθρον, ἣν ἐνταῦθα μὲν ἥδετο ψυχὴ θείοις λόγοις τρεφομένη καὶ θεωρήμασι καὶ κατατρυφῶσα τοῦ κυρίου διὰ παντός, τῇ τε τῶν μελλόντων ἐλπίδι χαίρουσα, μετὰ δε τὴν παροῦσαν ζωὴν ἐπιτυχοῦσα τῶν ποθουμένων εἰς αἰῶνας ἀγάλλεται. φωνὴ γάρ φησιν ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. Ex quo codice msto haec deprompta sint, Allatius non indicavit.

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ

ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΤΙΚΗΣ.

1

— ἦν οὐ μέγα. ἐπάλαιε δὲ πρόσω τέχνης. τούτῳ νοσήσαντι, ὑπέβη μὲν τὰ δεξιὰ. ἐπέδωκε δὲ τὰ ἀριστερά. τοῦ δ' ἀθλεῖν ἀπεγνωκότι, ὄναρ ἐγένετο θαρρεῖν τὴν νόσον. ἰσχύσειν γὰρ πλέον τοῖς πεπηρωμένοις, ἢ τοῖς ἀκεραίοις τε καὶ ἀτρώτοις. καὶ ἀληθὴς ἡ ὄψις τὰ γὰρ δυσφύλακτα τῶν παλαισμάτων τοῖς βεβλαμμένοις τῶν μερῶν διαπλέκων, χαλεπὸς ἦν τοῖς ἀντιπάλοις. καὶ ὤνητο τῆς νόσου τὸ τοῖς διεφθορόσιν ἐρρῶσθαι. τοῦτο θαυμάσιον μέν. εἰρήσθω δὲ μὴ ὡς γινόμενον, ἀλλ' ὡς γενόμενον. καὶ θῦ δοκείτω μᾶλλον ἐνδεικνυμένου τί ἀνοῖς μέγα : : Ὅτι ἀρίστη κρᾶσις ἡ θερμή τε καὶ ὑγρά. ἐξ ἀκηράτου τε καὶ καθαρᾶς ὕλης συγκειμένη. καὶ ἐλεύθεροι μὲν πηλοῦ τε καὶ ἰλύος καὶ χυμῶν περιττῶν. οἷς τὸ τοῦ φλέγματος καὶ τῆς χολῆς ἐπαντλεῖ νᾶμα. εὐκάματοι δὲ ἃ χρὴ μοχθεῖν. καὶ εὔσιτοι καὶ νοσοῦντες μὲν ὀλιγάκις, ταχὺ δ' ἐκ τῶν νόσων ἀναφέροντες. εὐάγωγοί τε καὶ εὐήνιοι. γυμνάσαι ποικίλως δι' εὐμοιρίαν κράσεως. οἱ δ' ἐπίχολοι τῶν ἀθλητῶν, θερμοὶ μέν. ξηροὶ δὲ τὴν κρᾶσιν. καὶ ἄκαρποι τοῖς γυμνάζουσι. καθάπερ τοῖς σπείρουσιν αἱ θερ

I. — erat non grandis, luctabatur autem supra artem. huic, cum in morbum incidisset, dextra sunt infirmiora facta, sinistra viribus creverunt, et quum de certaminibus desperasset, somnium monuit, ut morbum contemneret: plus enim valiturum debilitatis membris quam integris et non vulneratis. ac vera fuit visio. luctamina enim non facile evitabilia implicans luxatis membris, gravis erat adversariis. et lucratus est morbo, ut robustus esset partibus corruptis. mirabile quidem hoc, narratumque esto non ut quod soleat fieri, sed quod semel sit factum, ac numini tribuatur magnum aliquod hominibus exhibenti.

II. Optima temperatio corporis est quae calida simul et humida, materiâ constans intemeratâ et purâ, liberique luto ac limo et succis molestis, quibus innatat humor pituitae et fellis, facti ad labores, quos debent, facile tolerandos, stomacho bene valentes, raro aegrotantes, ac cito ex morbis convalescentes, atque idonei ad varias exercitationes propter temperationis bonitatem. biliosi autem sunt calidi quidem, at sicci et gymnastis infructuosi, tamquam serentibus calidae

Emendata scriptura. **2.** τούτῳ. **6.** τε. **13.** θεοῦ. **14.** ἀνθρώποις. **19.** aut ἐπαναπλεῖ aut ἐπαντλεῖται legendum. vid. not. **22.** conjunge εὐήνιοι γυμνάσαι.

μοὶ ψάμμοι. ἔρρωνται δ' ὅμως τῷ τῆς γνώμης ἑτοίμῳ. περίεστι γὰρ αὐτοῖς τούτου. τοῖς μὲν τὴν ἕξιν ὑποψύχροις, δεῖ κέντρου. τοῖς δ' ἐπιχόλοις, ἡνίας. χρὴ δὲ τοὺς μέν, ξυνάγειν τῇ κόνει. τοὺς δέ, τῷ ἐλαίῳ ἐπαιονεῖν :. ·:. Ὅτι ἐγυμνάζοντο οἱ παλαιοί. οἱ μέν, ἄχθη φέροντες οὐκ εὔφορα. οἳ δ' ὑπὲρ τάχους ἁμιλλώμενοι πρὸς ἵππους. καὶ πτῶκας. οἳ δ' ὀρθοῦντες τὲ καὶ κάμπτοντες σίδηρον ἐληλαμένον ἐς παχύ. οἱ δε, βουσὶ συνεζευγμένοι καρτεροῖς · τε καὶ ἁμαξεύουσιν· οἱ δέ, ταύρους ἐπαυχενίζοντες. οἳ δ' αὐτοὺς λέοντας. ταῦτα δὴ πολυμήστορές τε καὶ γλαῦκοι καὶ ἀλησίαι καὶ πολυδάμας ὁ σκοτουσαῖος. οὓς δὴ ποταμοὶ ἔλουον καὶ πηγαί. καὶ χαμευνίαν ἐπήσκουν. οἱ μέν, ἐπὶ βυρσῶν ἐκταθέντες. οἳ δ' εὐνὰς ἀμήσαντες ἐκ λειμώνων. σιτία δὲ αὐτοῖς. αἵτε μάζαι καὶ τῶν ἄρτων οἱ ἄπεπτοί τε καὶ μὴ ζυμῆται. καὶ τῶν κρεῶν τὰ βόεια τε καὶ ταύρεια καὶ τράγεια, τούτους ἔβοσκε. καὶ ἐχρίοντο λίπα. ὅθεν ἄνοσοί τε ἤσκουν καὶ ὀψὲ ἐγήρασκον. ἠγωνίζοντό τε οἱ μέν, ὀκτὼ ὀλυμπιάδας. οἱ δέ, ἐννέα. καὶ ὁπλιτεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν. ἐμάχοντό τε ὑπὲρ τειχῶν

arenae, quamquam valent animi alacritate, quae in iis magna est. frigidiores habitu stimulo egent, biliosi frenis, oportetque illos pulvere adstringi, his oleum infundi.

III. Veteres exercebantur alii gravibus portandis oneribus, alii certamine velocitatis cum equis aut leporibus instituto, alii ferrum in massam condensatum erigentes et flectentes, alii bubus juncti robustis et vehicularibus, alii tauros subigentes, alii etiam leones. sic sane Polymestores et Glauci et Alesiae et Polydamas Scotussaeus, qui fluviis et fontibus lavabantur et dormiebant humi, alii extensi in pellibus, alii in lectis, quorum materiam ex pratis collegerant. cibi illis erant mazae et panes non cocti neque fermentati, carnes autem boum taurorum et caprorum eos nutriebant, et inungebantur multo oleo. unde sine ullo valetudinis detrimento exercebantur et sero senescebant, certabantque alii octonis, alii novenis Olympiadibus, etiam inter gravis armaturae milites excellebant, et pro muris

Emendata scriptura. 1. ὅμως τῷ — ἑτοίμῳ. 5. τῷ ἐλαίῳ. 7. οἱ δ'. 9. οἱ δ' ὀρθοῦντές τε. 11. lege ἁμαξεῦσι. ib. ἀπαυχενίζοντες. οἱ δ'. 15. σκοτουσσαῖος. 18. οἱ δ'. 21. ζυμῖται. ib. βόεια τε.

οὐδὲ ἐκεῖ πίπτοντες. ἀλλὰ ἀριστείων τε ἀξιούμενοι καὶ τροπαίων. καὶ μελέτην ποιούμενοι. πολεμικὰ μὲν γυμναστικῶν, γυμναστικὰ δὲ πολεμικῶν ἔργα. ἐπεὶ δὲ μετέβαλε ταῦτα, καὶ ἀστράτευτοι μὲν ἐκ μαχομένων, ἀργοὶ δὲ ἐξ ἐνεργῶν, ἀνειμένοι δὲ ἐκ κατεσκληκότων ἐγένοντο, σικελική τε ὀψοφαγία ἴσχυσεν, ἐξενεβρίσθη τὰ στάδια. καὶ πολλῷ μᾶλλον, ἐπειδὴ κολακευτική γε ἐγκατελέχθη γυμναστικῇ. ἐκολάκευσε δὲ πρῶτον μὲν ἰατρικὴ παρισταμένη ξύμβουλος. ἀγαθὴ μὲν τέχνη. μαλακωτέρα δὲ, ἢ ἀθλητῶν ἅπτεσθαι. ἔτι τὲ ἀργίαν ἐκδιδάσκουσα καὶ τὸν πρὸ τοῦ γυμνάζεσθαι χρόνον καθῆσθαι σεσαγμένους οἷον ἄχθη λεβυκὰ ἢ αἰγύπτια. ὀψοποιούς τε καὶ μαγείρους ἥδοντας παραφέρουσα. ὑφ' ὧν λίχνοι τὲ ἀποτελοῦνται καὶ κοῖλοι τὴν γαστέρα. ἄρτοις τέ μηκωνείοις καὶ ἀπεπτημένοις ἑστιῶσα, ἰχθύων παρανομωτάτης βρώσεως ἐμφοροῦσα. καὶ φυσιολογοῦσα τοὺς ἰχθῦς, ἀπὸ τῶν τῆς θαλάσσης δήμων. ὡς παχεῖς μὲν οἱ ἐξ ἰλύων. ἁπαλοὶ δὲ οἱ ἐκ πετρῶν. κρεώδεις δὲ οἱ πελάγιοι. λεπτούς τε βόσκουσι θαλῖαι τὰ φύκια δὲ ἐξιτήλους. ἔτι τὲ τὰ χοίρεια τῶν κρεῶν σὺν τερατολογία ἄγουσα. μοχθη

ἤγουν αἰγιαλοί.

pugnabant, ne in hoc quidem genere deteriores, sed praemiis ornati et tropaeis, et praeparantes sese bellicis ad athletica, athleticis ad bellica opera. ex quo autem haec commutata sunt, et facti militiae osores ex militantibus, pigri ex impigris, molles ex robustis, et Siculae dapes praevalere coeperunt, enervata sunt stadia, idque multo magis, posteaquam delinimenta immista sunt gymnasticae. delicias induxit primum ars medica adhibita consultrix, bona illa quidem ars, sed delicatior quam pro athletis, praeterea desidiae magistra, jubens ante exercitia sedere fartos, tamquam pondera Libyca et Aegyptia, pistores et coquos voluptatis causa inferens, qui gulosos et voraces reddunt, panibus ex papavere et ad concoquendum difficilibus alens, piscium esu illicito adsuefaciens, atque explicans eorum naturam ex tribubus maris; esse enim pingues in paludosis locis, molles in saxosis, carnosos in alto mari, in latebris tenues ali, in alga exiles. quin etiam de suillis carnibus mira docet,

Emendata scriptura. 2. coniunge ποιούμενοι πολεμικά. 8. ἐξεσευρίσθη. ib. πολλῷ. 10. γυμναστικῇ. 13. ἔτι τε. 17. λίχνοι τε. 18. ἄρτοις τε. 19. ἀπεπτουμένοις. 24. lege θαλάμαι. 25. ἔτι τε. 26. τερατολογίᾳ.

ρὰ γὰρ ἡγεῖσθαι κελεύει τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ συβόσια. διὰ τὸ σκόροδον τὸ θαλάττιον. οὗ μεστοὶ μὲν αἰγιαλοί. μεσταὶ δὲ θῖνες. φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ ἀγχοῦ ποταμῶν, διὰ τὴν καρκίνων βρῶσιν. μόνων δὲ ἀναγκοφαγεῖν, τῶν ἐκ κρανίας τε καὶ βαλάνου. τὸ δ' οὕτω τρυφῆς δριμὺ μὲν καὶ εἰς ἀφροδισίων ὁρμάς. ἦρξε δὲ ἀθληταῖς καὶ τῆς ὑπὲρ χρημάτων παρανομίας. καὶ τοῦ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι τὰς νίκας. οἱ μὲν γὰρ ἀποδίδονται τὴν ἑαυτῶν εὔκλειαν, δι οἶμαι τὸ πολλῶν δεῖσθαι. οἱ δ' ὠνοῦνται τὸ μὴ ξὺν πόνῳ νικᾶν, διὰ τὸ ἁβρῶς διαιτᾶσθαι :. πάρεισι μὲν γὰρ μετὰ χρημάτων ἐπὶ τὸ γυμνάζειν. καὶ δανείζουσι τοῖς ἀθληταῖς ἐπὶ τόκοις μείζοσι ἢ ὧν ἔμποροι θαλαττεύοντες :.

Ταυτὶ μὲν περὶ καπηλευόντων εἰρήσθω μοι. καπηλεύουσι γάρ που τὰς τῶν ἀθλητῶν ἀρετάς, τὸ ἑαυτῶν εὖ τιθέμενοι. ἀμαρτάνουσι δὲ κἀκεῖνοι. ἀφαιροῦνται τὸν παῖδα τὸ νεοτήσιον σκίρτημα. λόγου θαυμασιώτερος ὁ φοίνιξ ἕλιξ ἐγένετο παρὰ πάντας οὓς οἶδα τὴν ῥαστώνην ἐκμελετῶντας ταύτην. Τοὺς μὲν δὴ ὑπερσιτίσαντας ὀφρύς τέ δηλώσει βαρεῖα. καὶ κοῖλον ἆσθμα. καὶ κύαθοι κλει

praecipit enim, ut noxios habeamus greges prope mare pastos propter allium marinum, quo plena sunt littora, plenae arenae, nec non, qui pascuntur iuxta fluvios propter cancrorum esum, solos commendans athletico victui qui aluntur glande et corno. Haec luxuries et ad venerias voluptates adigit, et vero pellexit ad illicita athletas quaestus causa, ut victorias venderent emerentque, cum altêr famam suam nundinatur, quia multis aegre caret, alter emit victoriam nullo labore partam, quia delicate vivit. itaque cum magnis pecuniis trapezitae ad ludos veniunt feneraturi athletis gravioribus usuris, quam quibus mutuantur mercatores navicularii. Haec mihi dicta sint de cauponibus istis, cauponantur enim athletarum virtutes, dum suo quaestui consulunt, sed peccant et illi, qnum in puero tollunt alacritatem. supra quam dici potest admirabilis fuit praeter omnes quos novi in hac concedendi arte Helix genere Phoenix.

IV. Edaciores indicabit supercilium densum et gravis spiritus et cyathi e clavicula promi-

Emendata scriptura. 1. θαλάσσῃ. 6. κρανίας τε. 11. δι' οἶμαι. 12. οἱ δ'. ib. πόνῳ.

δῶν ἀνεστηκότες. καὶ οἱ πλάγιοι κενεῶνες ὄγκου τὶ ἐνδεικνύμενοι. τοὺς δ' ὑποίνους γαστὴρ τε ἑρμηνεύσει περιττή. καὶ αἷμα ἱλαρώτερον. καὶ ἰκμὰς ἡ μὲν, κενεῶνος ἡ δὲ, ἐπιγουνίδος. τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων ἥκοντας, γυμναζομένους μὲν πλεῖω ἐλέγξει. τὴν ἰσχὺν τε γὰρ ὑποδεδωκότες. καὶ στενοὶ τὸ πν̄α. καὶ τὰς ὁρμὰς ἄτολμοι. καὶ ἀπανθοῦντες τῶν πόνων. καὶ τὰ τοιαῦτα ἁλίσκεσθαι. ἀποδύντας δὲ, κλεὶς τε ἂν ἐνδείξαιτο κοίλη. καὶ ἰσχίον ἄναιμον. καὶ πλευρὰ ὑποχαράττουσα. καὶ ψυχρότης αἵματος. ὧν εἰ ἐφαπτοίμεθα, οὐδ' ἂν εἴη στεφανηφόρος ἀγωνία. λεπτὰ μὲν τούτοις ὑπώπια. λεπτὴ δὲ πήδησις καρδίας. λεπτοὶ δ' ἱδρώτων ἀτμοί. λεπτοὶ δ' ὕπνοι ἰθύνοντες τὰ σιτία. βολαὶ τε ὀφθαλμῶν πεπλανημέναι. καὶ τὸ ἐρᾶσθαι δοκούντων ἀποσημαίνουσα. οἱ δὲ ὀνειρώττοντες, . ἀποκάθαρσις μὲν τῆς ἐπιπολαζούσης εὐεξίας. ὁρᾶνται δ' ὅμως ὕπωχροι καὶ δροσίζοντες. καὶ ὑποδεέστεροι μὲν τὴν ἰσχύν. εὐτραφεῖς δὲ ὑπὸ τοῦ καθεύδειν. καὶ ἀνεύθυνοι τὸ ἰσχίον. καὶ διαρκεῖς τὸ πνεῦμα. ἐν χώρᾳ τε τῶν ἀφροδισιαζόντων ὄντες, ταυτόν ἐστιν. οἱ μὲν,

nentes, et obliqui lumborum nonnihil tumoris habentes; vinosos venter obesior et sanguinis color floridus atque humor et lumbi et feminis. venerios autem, quum exercentur, plura prodent, sunt enim vi deteriores, suspirio brevi, audent parum et cito marcescunt in laboribus: haec sunt manifesta indicia. nudatos cognoscas eos ex clavi cava, coxendice exsangui, cute circum costas extenuata et sanguine frigido. quos si attingamus, certamen sane non erit praemio dignum. exilia his sunt subocularia, exilis cordis impulsus, exiles sudoris vapores, exiles somni, per quos cibi concoquantur necesse est, et oculorum incertus conjectus, satis apertum illud amoris signum. Seminis profusione qui laborant, purgant quod in habitu suo nimium est, videntur tamen subpallidi et ad sudorem proclives, ac robore minus valentes, etsi obesi sunt a multo somno, coxendixque eorum haud improbanda, et sufficiens spiritus. ac quum comparabiles sint veneriis, tamen differunt, quippe

Emendata scriptura. **2.** ὄγκου τι **8.** πνεῦμα. **10.** excidisse videtur ῥᾳδίως ante ἁλίσκεσθαι. **19.** ὀνειρώττοντες. ἀποκάθαρσις. **25.** χώρᾳ τε. **26.** lege οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀλλά.

καθαίροντες τὴν ἕξιν. οἱ δὲ τήκοντες. κόπων δὲ ἀγαθὴ μάρτυς, ἥτε ἔξωθεν περιβολὴ τοῦ σώματος λεπτοτέρα ἑαυτῆς δοκοῦσα καὶ ἀνοιδοῦσα φλέψ. καὶ κατηφὴς βραχίων. καὶ τὰ μυώδη κατεσκληκότα. οἱ μὲν δὴ ὑπερσιτίσαντες, ἤν τε κούφων τύχωσιν ἤντε βαρυτέρων ἀγωνισταί, μεταχειριστέοι ταῖς εἰς τὸ κάτω τρίψεσιν. ἵνα τῶν κυριωτέρων τὰ περιττὰ ἀπάγοιτο. γυμναστέοι δὲ πένταθλοι μὲν τινὰ τῶν κούφων. δρομεῖς δὲ μὴ ξυντείνοντες. ἀλλὰ σχολαῖοι. καὶ μεῖζόν τι διαβαίνοντες. πύκται δὲ ἀκροχειριζέσθων ἐλαφροί τε καὶ ἀερίζοντες. πάλη δὲ καὶ παγκράτιόν, ὀρθοὶ μὲν καὶ οἵδε. ἀλλὰ ἀνάγκη κυλίεσθαι. κυλιέσθων μέν. ἀλλ' ἐπικείμενοι μᾶλλον ἢ ὑποκείμενοι. καὶ μηδαμῆ περικυβιστῶντες· ἀποματτέτω δὲ ὁ γυμναστὴς καὶ ἀποστελγγιζέτω ξυμμέτρῳ χρώμενος, ὡς μὴ ἀποφράττοιντο αἱ ἐκβολαὶ τοῦ ἱδρῶτος. τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων, ἄμεινον μὲν μὴ γυμνάζειν. οἱ γὰρ στεφάνων καὶ κηρύκων αἰσχρὰν ἡδονὴν ἀλλαξάμενοι, ποῦ ἄνδρες. εἰ δ' ἄρα γυμνάζοιντο, ὑπὲρ νουθεσίας γυμναζέσθων. ἔλεγ

ipsi corrigunt habitum, illi perdunt. lassitudinem satis testatur figura corporis tenuior visa quam est, et arteria intumescens, brachium flaccidum et musculi rigidi.

V. Edacioribus sive leviora sive graviora agitant exercitia, adhibendae sunt frictiones inferiorum partium, ut abundantia ex potioribus deducantur. exerceant autem, si pentathli sint, nonnulla leviora, si cursores, ita ut non contendant, sed otiose et magnis gradibus incedant, si pugiles, ut extremis digitis expedite pugnent et aëra tundentes, lucta denique et pancratium erecto corpore et isti. at, inquit, volvantur oportet. volvantur quidem, verum supra potius jacentes quam infra, neve in caput se dejiciant. abstergat et destringat eos gymnasta modico usus luto, ne reprimantur sudores. venerios vero praestat non exercere, qui enim coronis et renuntiationi foedam voluptatem anteponunt, num sunt viri? sin exerceantur, ita hoc fiat, ut simul castigentur, quum apparebit deesse iis

Emendata scriptura. 11. μὲν τινα. 20. ἀποστελγιζέτω ξυμμέτρῳ. 25. ποῦ ἄνδρες;

χόμενοι τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πνεῦμα. ταυτὶ γὰρ μάλιστα αἱ τῶν ἀφροδισίων ἡδοναὶ ἐπικόπτουσιν. ἡ δὲ τῶν ὀνειρωττόντων ἕξις, ἀφροδίσια μὲν καὶ ταῦτα. ἀκούσια δὲ ὡς ἔφην. γυμναστέοι δὲ ξὺν ἐπιμελεία. καὶ τὴν ἰσχὺν ἀποθρεπτέοι μᾶλλον, ἐπειδὴ ἐπιλείπει σαφῶς. κἀξικμαστέοι τοὺς ἱδρῶτας. ἐπειδὴ περιττοὶ τούτοις. ἔστω δὲ ἐνδοσιμώτερα μὲν τὰ γυμνάσια προηγμένα καὶ ἐς μῆκος, ἵνα τὸ πνεῦμα ἐγγυμνάζοιντο. δεῖ δὲ αὐτοῖς ἐλαίου ξυμμέτρου, καὶ πεπαχυσμένου τῇ κόνει. τουτὶ γὰρ τὸ φάρμακον, καὶ ξυνέχει τὸ σῶμα, καὶ μετρίως ἀνίησι :· Αἱ περιδὲ εἴς γνῶμαι προθυμότεραι μανθάνειν, ἃ προσήκει φυλάττεσθαι :· Ἔλεγχος δὲ τῶν τετράδων ἅς· παρῃτησάμην, καὶ ἡ ἐπὶ γερήνῳ τῷ παλαιστῇ διαμαρτία. οὗ, τὸ σῆμα ἀθήνησιν ἐν δεξιᾷ τῆς ἐλευσίναδε ὁδοῦ. ἐτυγχανε μὲν οὗτος ὀλυμπίανενικηκώς. τρίτη δ' ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, πίνων τὴν ἑαυτοῦ νίκην, καί τινας τῶν γνωρίμων ἑστιῶν, ὀψοφαγία ἀήθει χρησάμενος, ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου. ἥκων οὖν τῆς ὑστεραίας εἰς τὸ γυμνάσιον, ὡμολόγει πρὸς τὸν γυμναστὴν, ὠμός τε εἶναι, πονήρως τέ ἔχειν πῇ. ὁ δ' ἠγρίαινε καὶ ξὺν ὀργῇ ἤκουε. καὶ χαλεπὸς ἦν ὡς ἀνιέντι, καὶ τὰς

robur et spiritum, haec enim veneriae voluptates maxime infringunt. semen emittentium quod attinet conditionem, est et haec veneria, sed, ut dixi, non voluntaria. exercendi autem accurate sunt, roburque maxime augendum, quo eos carere liquet, praeterea sudores exigendi, qui in iis nimii sunt. ipsae exercitationes utiliores erunt, si producentur, ut spiritum exerceant. opus habent oleo modico, quod pulvere sit densatum: quo remedio corpus et confirmatur et mediocriter remittitur.

VI. Timida ingenia libentius discunt, quae cavere oporteat.

VII. Tetrades, quas repudiavi, arguit etiam illud peccatum in Gereno luctatore commissum, cuius sepulcrum Athenis est in dextra viae, quae Eleusinem ducit. Is victoria in Olympicis ludis reportata cum nonnullos sodalium tertio post illam die convivio solenni acciperet, immodicus fuit in opsoniis, adeo ut somno privaretur: postridie igitur in gymnasium veniens gymnastae affirmabat cruditate laborare se et male habere; is vero exasperabatur et cum ira audiebat, infensusque erat

Emendata scriptura. 8. lege ἔσται. 18. ἐν δεξιᾷ τῆς Ἐλευσῖνάδε. 19. Ὀλυμπίᾳ. 21. ὀψοφαγίᾳ. 25. πονήρως τε. 26. ὀργῇ.

τετράδας διασπῶντι. ἔς τε ἀπέκτεινε τὸν ἀθλητὴν ἐν αὐτῷ τῷ. γυμνάζεσθαι ἀγνωσία. οὐ προειπόντος ἃ γινώσκειν ἔδει καὶ σιωπῶντος : :. Τούτοις ἑπόμενοι, σοφίαν τὴν γυμναστικὴν ἐνδειξόμεθα. καὶ τοὺς ἀθλητὰς ἐπιῤῥώσομεν. καὶ ἀνηβήσει τὰ στάδια ὑπὸ τοῦ εὖ γυμνάζειν : :. Ἁλτὴρ δὲ πεντάθλων μὲν εὕρημα. εὕρηται δὲ ἐς τὸ ἅλμα, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται. οἱ γὰρ νόμοι τὸ πήδημα χαλεπώτερον ἡγούμενοι τῶν ἐν ἀγῶνι, τῷ τε αὐλῷ προσεγείρουσι τὸν πηδῶντα· καὶ τῷ ἁλτῆρι προσελαφρύνουσι. πομπός τε γὰρ τῶν χειρῶν ἀσφαλής. καὶ τὸ βῆμα ἑδραῖον τὲ καὶ εὔσημον ἐς τὴν γῆν ἄγει. τουτὶ δὲ ὁπόσου ἄξιον, οἱ νόμοι δηλοῦσιν· οὐ γὰρ ξυγχωροῦσι διαμετρεῖν τὸ πήδημα, ἢν μὴ ἀρτίως ἔχῃ τοῦ ἴχνους. γυμνάζουσι δὲ οἱ μὲν μακροὶ τῶν — ἁλτήρων, ὤμους τε καὶ χεῖρας. οἱ δὲ σφαιροειδεῖς, καὶ δακτύλους. παραληπτέον δὲ καὶ κούφοις ὁμοίως καὶ βαρέσιν ἐς πάντα γυμνάσια. πλὴν τοῦ ἀναπαύοντος. κόνις δὲ ἡ μὲν πηλώδης, ἱκανὴ ἀποῤῥύψαι. καὶ ξυμμετρίαν δοῦναι τοῖς περιττοῖς. ἡ δὲ ὀστρακώδης, ἀνοῖξαι τὲ ἐπιτηδεία, καὶ ἐς ἱδρῶτα ἀγαγεῖν τὰ μεμῦ-

ut remittenti et tetradas divellenti, itaque factum est, ut áthleta in ipso exercitio moreretur imperitia sua, quia non dixerat, quae scire opus erat et tacuerat.

VIII. Haec secuti demonstrabimus, gymnasticam esse revera artem, et athletas corroborabimus ac revigescent stadia diligenti exercitatione.

IX. Halter pentathlorum est inventum, inventus autem est ad saltum, unde etiam nomen habet. leges enim athleticae, quum habeatur saltus difficillimum certamen, salientem et tibiae cantu incitant et elevant haltere qui firmissimus est manuum gubernator et gradum stabilem ac bene dimensum in terram deducit. id quanti sit, demonstrant leges, non enim sinunt saltus fieri mensuram, nisi athletae gradus sit perfecte conformatus. exercent longi halteres humeros et manus, rotundi etiam digitos, adhibendi autem et levibus pariter et gravibus ad omnia exercitia, excepto eo, quod ad remissionem instituitur.

X. Pulvis limosus inservit detersioni et reddit concinna quae nimia sunt, testaceus aperit et ad sudorem adigit occlusa, bituminosus leniter

Emendata scriptura. 2. ἐν αὐτῷ τῷ. ib. ἀγνωσίᾳ. 11. τῷ τε αὐλῷ. 12. τῷ. 14. ἑδραῖόν τε. 17. ἔχῃ. 25. ἀνοῖξαί τε.

κότα. ἡ δὲ ἀσφαλτώδης, ὑποθάλπει τὰ ἐπεψυγμένα. μέλαινα δὲ καὶ ξανθὴ κόνις, γεώδη μὲν ἄμφω, καὶ ἀγαθαὶ μαλάξαι τὲ καὶ ὑποθρέψαι. ἡ δὲ ξανθὴ κόνις, στιλπνοὺς [βους] ἐργάζεται καὶ ἡδίους ἰδεῖν. ὡς περὶ γενναίῳ τε καὶ ἠσκημένῳ σώματί ἐστι. σκεδαννύναι δὲ χρὴ τὴν κόνιν ὑγρῷ [γρ. ἀσμίκτῳ] τῷ καρπῷ, καὶ διεστῶσι τοῖς δακτύλοις διαρραίνοντα μᾶλλον ἢ ἐπιπάττοντα. ἵν' ἐς τὸν ἀθλητὴν ἡ ἄχνη πίπτοι. κώρυκος δὲ ἀνήφθω μὲν καὶ πύκταις. πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς ἐπὶ τὸ παγκράτιον φοιτῶσιν. ἔστω δὲ καὶ κοῦφος μὲν ὁ πυκτικός. ἐπειδὴ καιρου γυμνάζονται μόναι αἱ τῶν πυκτῶν χεῖρες. ὁ δὲ τῶν παγκρατιαστῶν ἐμβριθέστερος καὶ μείζων, ἵνα γυμνάζοιντο μὲν τὴν βάσιν. ἀνθιστάμενοι τῇ τοῦ κωρύκου ἐπιφορᾷ. γυμνάζοιντο δὲ ὤμους τε καὶ δακτύλους ἐς ἀντίπαλόν τι παίοντες. ἡ κεφαλὴ ἐναραττέτω, καὶ πάντα ὁ ἀθλητὴς ὑποκείσθω τοῦ παγκρατίου τὰ ὀρθὰ εἴδη. θέρους δὲ οἱ μὲν ἀμαθεῖς αὐτὸ πράττοντες ἐν ἅπαντι τῷ ἡλίῳ καὶ πάντες. οἱ δὲ ξὺν ἐπιστήμῃ καὶ λόγῳ, οὔτε

fovet refrigerata, niger vero et flavus, uterque terrenus, idonei sunt ad emolliendа et alenda membra, praeterea flavus nitidos reddit et visu jucundiores, quale est nobile atque exercitatum corpus. immittendus est autem pulvis madida manu et discretis digitis, ita ut irrores magis quam inspergas, atque sic in corpore athletae gluma tantum resideat.

XI. Corycus et pugilibus suspendatur, multo vero magis pancratium exercentibus, sit autem illis levior, quia pugiles nonnisi manibus dimicant, pancratiasticus vero ponderosior et major, ut discant et firmiter stare opponentes se impetui coryci, et humeros ac digitos exerceant, repellentes quae objiciuntur. caput illidatur, et omnia pancratii genera, quae erecto corpore peraguntur, subeat athleta. aestate imperiti hoc exercitium instituunt in quovis sole atque omnes, in quibus autem scientia est et ratio, nec omnes, et ii tan-

Varietas lectionis. 5. F. (qui hîc incipit) σιλβούς. ib. ἠδί... 6. F. ἠσκεμένῳ. 7. M. σώματι. ἐπισκεδαννύναι. F. σώματι ἐστί. σκεδαννῦναι. 8. M. ad ὑγρῷ in marg. γρ ἀσμίκτῳ. 12. F. πολλοὶ δὲ. 14. M. ἔστω δὲ κοῦφος. 15. F. ἐπειδὴ καιρον (sic) γυμναζονται — χεῖρες solus habet, ut etiam 21. ἡ κεφαλὴ — λῶον. 23. F. ὑποκεῖσθω.

ἀεὶ καὶ ὁπόσοις λῷον. οἱ μὲν γὰρ βόρειοι τῶν ἡλίων καὶ οἱ νήνεμοι, καθαροί τέ εἰσι καὶ εὔειλοι. ἅτε δὴ λευκοῦ ἐκβάλλοντες τοῦ αἰθέρος. οἱ δὲ νότιοί τε καὶ ἐκνεφίαι, ὑγροί τέ εἰσι καὶ ὑπερκαίοντες. οἷοι ἐπιψύξαι μᾶλλον τοὺς γυμναζομένους, ἢ θάλψαι. τὰς μὲν δὴ εὐηλίους τῶν ἡμερῶν εἴρηκα. ἡλιωτέοι δὲ οἱ φλεγματώδεις μᾶλλον, ἵνα τοῦ περιττοῦ ἐξικμάζοιντο. ἐπιχόλους δὲ ἀπάγειν χρὴ τούτου. ὡς μὴ πυρὶ πῦρ ἐπαντλοῖτο. καὶ ἡλιούσθων οἱ μὲν προήκοντες ἀργοὶ κείμενοι, καὶ πρόσειλοι κατὰ ταὐτὰ ὀπτωμένοις. οἱ δὲ σφριγῶντες ἐνεργοὶ καὶ γυμναζόμενοι πάντα καθάπερ ἠλεῖοι νομίζουσι. τὸ δὲ πυριᾶσθαι καὶ ξηραλοιφεῖν, ἐπειδὴ τῆς ἀγροικοτέρας γυμναστικῆς ἔχεται, λακεδαιμονίοις ἀφῶμεν. ἂν τὰ γυμνάσια οὔτε παγκρατίῳ οὔτε πυγμῇ εἴκασται. φασὶ δὲ αὐτοὶ λακεδαιμόνιοι μηδὲ ἀγωνίας ἕνεκεν γυμνάζεσθαι τὴν ἰδέαν ταύτην, ἀλλὰ καρτερίας μόνης. ὅπερ δὴ μαστιγουμένων ἐστί. ἐπειδὴ νόμος αὐτοῖς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ξαίνεσθαι.

tum, quibus utile. boreales enim soles et qui sine ventis, puri sunt et calidi, quippe liquido aethere erumpentes, notii autem et ecnephiae humidi sunt et nimis urentes, quales solent refrigerare magis athletas quam fovere. dies apricos jam recensui. soli autem exponantur pituitosi maxime, ut humore liberentur abundanti, biliosi contra inde abducantur, ne ignis igni infundatur, et apricentur provectiores ita, ut otiose jaceant atque ad solem conversi, quasi assentur, vigentes aetate in agendo et omnia exercentes, quemadmodum Elidenses praecipiunt. ex camino autem incalescere et sicca unctione uti, quoniam ad rudiorem ista gymnasticam pertinent, Lacedaemoniis relinquamus, quorum exercitia nec pancratium nec pugilatum referunt: nimirum ipsi Lacedaemonii dicunt ne certaminum quidem causa se hoc genere exerceri, sed patientiae, quod est flagellum tolerantium, quia mos est illis, ut in ara caedantur.

Varietas lectionis. **1. F.** *λῶον.* **ib. M.** *οἱ μὲν βόρειοι.* **3. M.** *ἐμβάλλοντες.* **5. F.** *καὶ ἑ.'.....* **ib. F.** *ὑπερκαίοντες.* **M.** *ὑπερκάοντες.* **7. F.** *ἢ θάλ...* **ib. M.** *τοὺς μὲν εὐηλίους τῶν ἡμετέρων.* **F.** *τὰς μὲν δὴ εὐηλίους τῶν ἡμερῶν εἴρηκα. κ.. ἡλιωτέοι.* **11. M.** *ἀπάγειν τοῦ χοροῦ.* **12. F.** *ἐπαν......* **14. F.** *ταυτὰ ....μένοις.* **15. M.** om. *καὶ—νομίζουσι.* **16. F.** *ἠλεῖοι.* **19. M.** deficit in *ἀφῶμεν.* deinde legitur *μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος.* **ib. F.** *ἂν τά.* scr. *ὧν τά.*

— ἔστι δὲ τοῦτο ἀγών τις ἐξ ἀτελοῦς πάλης καὶ ἀτελοῦς πυγμῆς συγκείμενος. καὶ δήλη μὲν ἡ πάλη, πυγμὴ δὲ τὸ πρὶν ἐσκευάζετο οὕτως. εἰς στρόφιον, ὅ ἐστι στρογγύλον ζωνάριον οἱ τέσσαρες τῶν δακτύλων ἐνεβιβάζοντο, καὶ ὑπερέβαλλον τοῦ στροφίου τοσοῦτον, ὅσον, εἰ συνάγοιντο, πὺξ εἶναι. ξυνείχοντο δὲ ὑπὸ σειρᾶς, ἣν καθάπερ ἔρεισμα ἐβέβληντο ἐκ τοῦ πήχεος. νυνὶ δ' αὖ μεθέστηκε. ῥινοὺς γὰρ τῶν πιοτάτων βοῶν ἕψοντες ἱμάντα ἐργάζονται πυκτικὸν ὀξὺν καὶ προεμβάλλοντα, ὁ δὲ ἀντίχειρ οὐ συλλαμβάνει τοῖς δακτύλοις τὸ πλήττειν ὑπὲρ συμμετρίας τῶν τραυμάτων, ὡς μὴ πᾶσα ἡ χεὶρ μάχοιτο.

XII. Hoc certamen ex imperfecta lucta et imperfecto pugilatu constat. atque de lucta jam egi, pugilatus autem olim sic instituebatur: in strophium, quae est teres zona, quatuor digitorum inserebantur eo usque prominentes ex strophio, ut, si comprimerentur, pugnum efficerent: continebantur autem funiculo, qui tanquam fulcrum ex cubito erat suspensus. quod nunc mutatum est. ex cute enim boum opimorum elixata lorum fabricantur pugilicum et acutum et vehementer irrumpentem. pollex hujus percussionis expers manet, ne vulnera nimia infligantur, tota manu pugnante.

Hoc fragmentum servavit Schol. Plat. Rep. I. 338. c. ad verba εἰ Πολυδάμας ἡμῶν κρείττων ὁ παγκρατιαστής addens: παγκρατιαστὴς ὁ παγκράτιον ἀγωνιζόμενος. deinde leguntur Philostratea, quibus ille subscripsit: ταῦτα Φιλόστρατός φησιν ἐν τῷ περὶ γυμναστικῆς. — 15. scr. τοῦ πλήττειν.

χόμενοι τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πνεῦμα. ταυτὶ γὰρ μάλιστα αἱ τῶν ἀφροδισίων ἡδοναὶ ἐπικόπτουσιν. ἡ δὲ τῶν ὀνειρωττόντων ἕξις, ἀφροδίσια μὲν καὶ ταῦτα. ἀκούσια δὲ ὡς ἔφην. γυμναστέοι δὲ ξὺν ἐπιμελεία. καὶ τὴν ἰσχὺν ἀποθρεπτέοι μᾶλλον, ἐπειδὴ ἐπιλείπει σαφῶς. κἀξικμαστέοι τοὺς ἱδρῶτας. ἐπειδὴ περιττοὶ τούτοις. ἔστω δὲ ἐνδοσιμώτερα μὲν τὰ γυμνάσια προηγμένα καὶ ἐς μῆκος, ἵνα τὸ πνεῦμα ἐγγυμνάζοιντο. δεῖ δὲ αὐτοῖς ἐλαίου ξυμμέτρου, καὶ πεπαχυσμένου τῇ κόνει. τουτὶ γὰρ τὸ φάρμακον, καὶ ξυνέχει τὸ σῶμα, καὶ μετρίως ἀνίησι :· Αἱ περιδε εἶς γνῶμαι προθυμότεραι μανθάνειν, ἃ προσήκει φυλάττεσθαι :· Ἔλεγχος δὲ τῶν τετράδων ἅς' παρῃτησάμην, καὶ ἡ ἐπὶ γερήνῳ τῷ παλαιστῇ διαμαρτία. οὗ τὸ σῆμα ἀθήνησιν ἐν δεξιᾷ τῆς ἐλευσίναδε ὁδοῦ. ἔτυγχανε μὲν οὗτος ὀλυμπιανενικηκώς. τρίτη δ' ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ, πίνων τὴν ἑαυτοῦ νίκην, καί τινας τῶν γνωρίμων ἑστιῶν, ὀψοφαγίᾳ ἀήθει χρησάμενος, ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου. ἥκων οὖν τῆς ὑστεραίας εἰς τὸ γυμνάσιον, ὡμολόγει πρὸς τὸν γυμναστὴν, ὠμός τε εἶναι, πονήρως τέ ἔχειν πῇ. ὁ δ' ἠγρίαινε καὶ ξὺν ὀργῇ ἤκουε. καὶ χαλεπὸς ἦν ὡς ἀνιέντι, καὶ τὰς

robur et spiritum, haec enim veneriae voluptates maxime infringunt. semen emittentium quod attinet conditionem, est et haec veneria, sed, ut dixi, non voluntaria. exercendi autem accurate sunt, roburque maxime augendum, quo eos carere liquet, praeterea sudores exigendi, qui in iis nimii sunt. ipsae exercitationes utiliores erunt, si producentur, ut spiritum exerceant. opus habent oleo modico, quod pulvere sit densatum: quo remedio corpus et confirmatur et mediocriter remittitur.

VI. Timida ingenia libentius discunt, quae cavere oporteat.

VII. Tetrades, quas repudiavi, arguit etiam illud peccatum in Gereno luctatore commissum, cuius sepulcrum Athenis est in dextra viae, quae Eleusinem ducit. Is victoria in Olympicis ludis reportata cum nonnullos sodalium tertio post illam die convivio solenni acciperet, immodicus fuit in opsoniis, adeo ut somno privaretur: postridie igitur in gymnasium veniens gymnastae affirmabat cruditate laborare se et male habere; is vero exasperabatur et cum ira audiebat, infensusque erat

Emendata scriptura. 8. lege ἔσται. 18. ἐν δεξιᾷ τῆς Ἐλευσῖνάδε. 19. Ὀλυμπίᾳ. 21. ὀψοφαγίᾳ. 25. πονήρως τε. 26. ὀργῇ.

τετράδας διασπῶντι. ἕς τε ἀπέκτεινε τὸν ἀθλητὴν ἐν αὐτῷ τῷ γυμνάζεσθαι ἀγνωσία. οὐ προειπόντος ἃ γινώσκειν ἔδει καὶ σιωπῶντος :. Τούτοις ἑπόμενοι, σοφίαν τὴν γυμναστικὴν ἐνδειξόμεθα. καὶ τοὺς ἀθλητὰς ἐπιῤῥώσομεν. καὶ ἀνηβήσει τὰ στάδια ὑπὸ τοῦ εὖ γυμνάζειν :. Ἁλτὴρ δὲ πεντάθλων μὲν εὕρημα. εὕρηται δὲ ἐς τὸ ἅλμα, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται. οἱ γὰρ νόμοι τὸ πήδημα χαλεπώτερον ἡγούμενοι τῶν ἐν ἀγῶνι, τῷ τε αὐλῷ προσεγείρουσι τὸν πηδῶντα· καὶ τῷ ἀλτῆρι προσελαφρύνουσι. πομπός τε γὰρ τῶν χειρῶν ἀσφαλής. καὶ τὸ βῆμα ἑδραῖον τὲ καὶ εὔσημον ἐς τὴν γῆν ἄγει. τουτὶ δὲ ὁπόσου ἄξιον, οἱ νόμοι δηλοῦσιν· οὐ γὰρ ξυγχωροῦσι διαμετρεῖν τὸ πήδημα, ἢν μὴ ἀρτίως ἔχῃ τοῦ ἴχνους. γυμνάζουσι δὲ οἱ μὲν μακροὶ τῶν — ἀλτήρων, ὤμους τε καὶ χεῖρας. οἱ δὲ σφαιροειδεῖς, καὶ δακτύλους. παραληπτέον δὲ καὶ κούφοις ὁμοίως καὶ βαρέσιν ἐς πάντα γυμνάσια. πλὴν τοῦ ἀναπαύοντος. κόνις δὲ ἡ μὲν πηλώδης, ἱκανὴ ἀποῤῥύψαι. καὶ ξυμμετρίαν δοῦναι τοῖς περιττοῖς. ἡ δὲ ὀστρακώδης, ἀνοῖξαι τὲ ἐπιτηδεία, καὶ ἐς ἱδρῶτα ἀγαγεῖν τὰ μεμῦ-

ut remittenti et tetradas divellenti, itaque factum est, ut áthleta in ipso exercitio moreretur imperitia sua, quia non dixerat, quae scire opus erat et tacuerat.

VIII. Haec secuti demonstrabimus, gymnasticam esse revera artem, et athletas corroborabimus ac revigescent stadia diligenti exercitatione.
8, 8. ἦρξε — παρανομίας. V. S. 65, 32 (559): ἦρξε δὲ αὐτῷ πρὸς τοὺς Κυντιλίους διαφορᾶς, ὡς μὲν οἱ πολλοί φασι, Πυθικὴ πανήγυρις, quo loco nunc mallem τῆς ante πρὸς reposuissem ex Marc. 391. et codd. secundae ac tertiae familiae. Alius enim generis, quod articulum attinet, est V. S. 12, 27 (490): ὕπατοι γὰρ καὶ παῖδες ὑπάτων — ἦρξαν αὐτοῖς φιλοτιμίας, ἣ πολὺν ἐκκαίει φθόνον καὶ σοφοῖς ἀνδράσι, et V. A. VII, 12, 259: σοὶ δ' ἀγῶνος οἶμαι ἄρξειν αὐτὸ τὸ ἥκειν ἐνταῦθα. — Sequentia καὶ τοῦ πωλεῖν τε καὶ ὠνεῖσθαι τὰς νίκας epexegetice sunt adjecta. — Exempla talis nundinationis victoria-

rum collegit Pausanias V, 21. §. 2 — 7, ex quo, ni fallor, fluxere, quae habet Συναγωγὴ ἱστοριῶν apud Scalig. ad Euseb. pag. 329. 336. 338. 341. Primus pecunia corrupit antagonistas in Olympia Eupolus Thessalus Olympiade 98. teste Paus. l. c. §. 2. Quod ibid. §. 6. narratur: ἕκτῃ γὰρ ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ διακοσίαις Ὀλυμπιάσι πύκτας ἄνδρας ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένους τῆς νίκης ἐφώρασαν συνθεμένους ὑπὲρ λήμματος, ita intelligenda puto, ut Didas et Garapammon dicantur altercati esse, uter utri victoriam concedere deberet, constitutâ jam inter eos summâ pecuniae. — Eandem rem tangit Aeschines adv. Ct. 179: οἴεσθ' ἄν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Ὀλύμπια ἢ ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον ἢ ἄλλο τι τῶν βαρυτέρων ἄθλων, εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ, ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ; Nostri Nero c. 9: ἐπλάττετο καὶ τοῦ στεφάνου ἐρᾶν, καὶ μηδ' ἀνήσειν πρότερον ἢ δέκα τάλαντα δοῦναί οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τῆς νίκης. (Suet. Ner. c. 23: adversarios, si qui arte praecellerent, corrumpere etiam solebat.) Adde denique Dionys. Hal. V, 277. ed. R.

8, 11. δι', οἶμαι, τὸ πολλῶν δεῖσθαι. Ita, interposito verbo οἶμαι, etiam V. A. II, 19, 70: τὸ γὰρ λευκὸν ἀτιμότερον Ἰνδοὶ τίθενται τοῦ μέλανος, δι' οἶμαι (male vulgo τιμιώτερον δὲ οἶμαι) τὸ ἑαυτῶν χρῶμα, nec aliud tolerabile Her. 749 (Boiss. 256): τὴν μὲν προσέταξε φυλάττειν ἑαυτῷ ἐν τῇ νηΐ. διὰ γὰρ οἶμαι τὸ μὴ εἴσβατον εἶναι τὴν νῆσον. At jam Par. 1760 (c) exhibebat δι' οἶμαι, quae lectio confirmatur opti-

mis libris, Florentinis LVIII, 32. LXIX, 30. et Lugdunensi.

8, 12. τὸ μὴ ξὺν πόνῳ νικᾶν. Amat Noster particulam negativam in medio collocare enuntiato, etsi in principio ei locus erat, quo augeatur vis negationis. Im. 4, 18 (763): βουλομένῳ δέ μοι τὰς μελέτας μὴ ἐν τῷ φανερῷ ποιεῖσθαι παρεῖχεν ὄχλον τὰ μειράκια. V. S. 14, 14 (493): πείθων ἆθλα ποιεῖσθαι τῶν ὅπλων μὴ τὰς ἀλλήλων πόλεις, ἀλλὰ τὴν τῶν βαρβάρων χώραν. V. A. VI, 7, 235. postea legetur: ἡγώμεθα δὲ αὐτὸ μὴ μειρακιῶδες, ἀλλὰ φιλοτιμότερον τοῦ φιλοσοφίᾳ προσήκοντος ex libris Parisinis. Nostro autem loco μὴ ξὺν πόνῳ majorem emphasin habet quam ἄνευ πόνου. Secutus est Eugenicus in encomio Corinthi: τὰ παρ' ἑαυτῇ καλὰ οὐ σὺν μακρῷ πόνῳ φιλανθρώπως τοῖς πλωτῆρσι παρεχομένη.

8, 13. πάρεισι μὲν γὰρ μετὰ χρημάτων ἐπὶ τὸ γυμνάζειν. Intellige haec de danistis, qui ex ea emtione victoriarum suum lucrum captabant. — γυμνάζειν et genere et sententia insolite adhibitum. Debebat saltem γυμνάζεσθαι scribere, si usitatam loquendi rationem sequi vellet. Sed similiter etiam V. A. VI, 11, 245. παρέδωκε γὰρ καὶ τὸ αἰνίττειν dedit, pro αἰνίττεσθαι. Tum ipsum hoc ἐπὶ τὸ γυμνάζεσθαι sensum minus accurate exprimit, qui postulabat scribi: ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας.

8, 15. ἐπὶ τόκοις — θαλαττεύοντες. Supple δανείζονται, constructio enim mutatur, quae sic erat continuanda: ἢ τοῖς ἐμπόροις θα-

λαττεύουσι δανείζουσι. Nimirum ambigua haec et κακόφωνος compositio vitata est tali anacoluthia. Verbum θαλαττεύω (vid. Thucydid. VII, 12. νῆες θαλαττεύουσαι) restituere oblitus sum Neroni 1: τὰς γὰρ περιβολὰς τῆς Πελοποννήσου τὰς ὑπὲρ Μαλέαν ξυνήρει τοῖς θαλαττουμένοις (scr. θαλαττεύουσι) εἴκοσι σταδίων τοῦ Ἰσθμοῦ ῥήγματι. De foenoribus nautarum, οἱ τόκοις ἀνόσιοις τὰς αὐτῶν κεφαλὰς ὑποτιθέντες ἐς τὸ ἀρχαῖον σπεύδουσιν (V. A. IV, 32, 172.) non est, quod agam post Boeckhium Oec. publ. Ath. I, 151. et Wachsmuth Hell. Antiqu. II, 1, 226.

8, 18. καπηλεύουσι — ἀρετάς. V. A. I, 13, 16: ἀπῆγε (sc. τὸν Εὐφράτην) τοῦ χρηματίζεσθαί τε καὶ τὴν σοφίαν καπηλεύειν. V. A. V, 36, 221: οἱ ξύνεδροί τε καὶ κοινωνοὶ τῆς ἐν τοῖς δικαστηρίοις γνώμης ἐκαπήλευον τὰς δίκας. Atque sic Paul. Apost. 2. epist. ad Corinth. II, 17: οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. cf. Schleusner Lex. Nov. Test. I, 1143.

8, 19. τὸ ἑαυτῶν εὖ τιθέμενοι. De hac locutione cf. notam nostram ad V. S. 114, 33 (622): ὡς τὰ ἑαυτοῦ θησόμενος.

8, 20. *κἀκεῖνοι. Dicit athletas, qui constitutâ pecuniâ vinci se simulant. οἱ καπηλεύοντες sunt trapezitae.

ib. ἀφαιροῦνται — σκίρτημα. Idem fere contendit Aeschines adv. Ct. §. 180: ἐὰν μὲν τὰς δωρεὰς ὀλίγοις καὶ ἀξίοις καὶ κατὰ τοὺς νόμους διδῶτε, πολλοὺς ἀγωνιστὰς ἕξετε τῆς ἀρετῆς, ἐὰν δὲ τῷ βουλομένῳ καὶ τοῖς διαπραξαμέ-

νοις χαρίζησθε, καὶ τὰς ἐπιεικεῖς φύσεις διαφθερεῖτε. — σκίρτημα h. l. est eo sensu, quo V. S. 86, 17 (587): διέκειντο πρὸς αὐτὸν, ὡς πρὸς πατέρα παῖδες ἡδύν τε καὶ πρᾶον καὶ ξυνδιαφέροντα αὐτοῖς τὸ Ἑλληνικὸν σκίρτημα. In malam partem accipiendum vocabulum. V. A. IV, 20, 157: οἱ μὲν πολλοὶ τὴν νεότητα σκιρτῶσαν ᾤοντο ἐκφέρειν ἐς ταῦτα. etiam V. A. VI, 7, 267. Im. I, 12. p. 72, 14. (829).

8, 21. λόγου θαυμασιώτερος. Alibi legitur apud Ph. λόγου κρείττων. cf. V. S. 73, 29 (569) et 102, 22 (605).

8, 22. ὁ Φοίνιξ Ἕλιξ. De hoc athleta cf. Heroic. 679 (Boiss. 56.) et quae collegit Krause in Olympia p. 256. v. Aelix, eam enim ex Dione Cassio s. Xiphilino scripturam, tanquam veriorem praetulit, simul addens: »Bei Cors. de ag. Ol. p. 131. wird er fälschlich unter dem Namen Helix aufgeführt. Allein bei Philostratos l. c. heisst er nicht Helix, sondern Elix.« Nimirum id fefellit V. D. in edit. Olear. carere nomina propria in littera initiali et spiritibus et accentibus. Veteres editiones si inspexisset, Ἕλιξ invenisset. Quod provocat ad Heroica de duplici sive Herculea victoria luctae et pancratii, quam Helix propter invidiam Elidensium non est consecutus, nec ipse, nec Meierus animadvertit, Philostratum in ea narratione dissentire a Dione LXXIX, 16 (cf. Encycl. von Ersch und Gruber, Olympische Spiele, 321). Dioni si credimus, omnino luctatores tunc non admissi sunt ab Hellanodicis, ne Helix vincere posset, Philostratus id tantum narrat, debitam pancratii coronam vix ac-

cepisse Helicem, de omisso luctae certamine nil habet. Aequales ejus athletae erant Eudaemon, Hermias, Plutarchus. De Eudaemone enim loquens dicit Philostratus: ἀδαμάντινος τοῖς πολλοῖς καὶ θεῖος δοκεῖ, de Plutarcho: „ἀκούεις δέ που καὶ Πλούταρχον ἐκεῖνον τὸν δεξιόν;" „ἀκούω· τὸν γὰρ πύκτην, ὡς τὸ εἰκὸς, λέγεις." Hermias denique antagonista erat Plutarchi. Paulo antiquior est Halter, quem sic appellabant οἱ πατέρες, cf. l. c. p. 677. Miratus itaque sum, VV.DD. Corsinium, Dodwellium et eorum vestigia prementem Krausium (Olympia, v. Plutarchos) errorem Nostro exprobrare, quod scripserit οὗτος ἀντιὼν τὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἱκετεύει τὸν ἥρω χρῆσαι οἱ περὶ τῆς νίκης, quasi putaverit Philostr. illum Plutarchum secunda Olympiade vixisse, aut certe numerum excidisse post δευτέραν opinari: »Jedenfalls ist hier eine zweite Zahl ausgefallen, denn der Faustkampf der Männer wurde erst Ol. 23 zu Olympia eingeführt, und der der Knaben Ol. 41. Paus. V, 8, 3.« Quamvis in verum incidit, pergens: »Oder hatte P. schon früher einen Sieg im Faustkampfe und vielleicht in dem der Knaben gewonnen, und wollte nun den zweiten Siegerkranz im Faustkampfe der Männer davontragen?« tamen redit ad errorem in fine capitis: »Schon Dodwell und Corsini haben den Irrthum des Philostratos bemerkt, worüber der letztere Diss. ag. Ol. p. 137. und F. A. III, 4. handelt. Pausanias führt jedoch keine Siegerstatue des Plutarchus auf. Doch kann dies nichts entscheiden, da theils nicht allen Siegern Statuen ge-

setzt wurden, theils Pausanias nicht alle, welche vorhanden waren, aufzählt.« Pausaniam de Plutarchi victoria nil dicere, quippe multo serioris, non mirabimur amplius. Ceterum discimus ex nostro loco etiam patriam Helicis, quam nec Dio l. c. nec Philostr. in Heroicis indicavit. Hinc lux aliqua accenditur verbis Nostri p. 679 (Boiss. 56), ubi Vir clarissimus ante προϋπαρχούσης nomen Vinitoris, ante καὶ τοῦτον Phoenicis praefigebat. Codices plerique vulgarem personarum descriptionem offerunt, qua inde a δαιμόνιον, ἀμπελουργὲ, λέξεις γάρ που τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ πραχθέν. προϋπαρχούσης γὰρ αὐτῷ κτέ. usque ad ἐξῃρημένοις ὄντα, Phoenicis sunt omnia, sane ἠθικῶς. Ille enim, caritatis in popularem affectu abreptus, ipse narrat, quod vinitor voluerat narrare: atque indicat statim, dicens δαιμόνιον, ἀμπελουργὲ — rem sibi quoque notam esse.

8, 23. παρὰ πάντας. V. S. 104, 21 (608): φύσεως ἰσχὺν δηλώσας παρὰ πάντας, οὓς ἑρμηνεύω. Im. II, 19. p. 85, 22 (842): μέγας παρὰ πάντας οὗτος.

ib. οὓς οἶδα. Im. II, 21. p. 89, 9 (845): τὸ μὴ ὀρθὸν τῆς κνήμης ἀλλὰ ἀνελεύθερον, ἰσχυρὸν μὲν τὸν Ἀνταῖον οἶδε, ξυνδεδεμένον μὴν καὶ οὐκ εἴσω τέχνης. verbum valde praeter consuetudinem adhibitum, ut nonnusquam φησί. vid. Jacobs Im. p. 599. Interdum est = ἡγοῦμαι. cf. V. S. 18, 19: „ἐγὼ ἄριστον“, ἔφη „οἶδα τὸν Ἀθήνησιν (sc. χαλκὸν), οὗ γεγόνασιν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες. V. A. VIII, 2, 323: ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σιωπᾶν (sic omnes codd. pro vulg.

τῷ σ.) ἐν δικαστηρίῳ τετάρτην ἀρετὴν οἶδα. Legebat quidam illic ἄγω ἄριστον, ἔφη, τὸν Ἀθήνησιν, non reputans sic interire pronomen personale, quo carere nequit oratio.

ib. τὴν ῥᾳστώνην ἐκμελετῶντας ταύτην. Videtur dici ea ῥᾳστ. quae in simulata inclinatione cernitur. cf. Ner. 8, ubi rogat Menippus: οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν πῶς ὑφίενται, ὦ Μουσώνιε; τέχνῃ γάρ που χαρίζονται. Musonius respondet: τέχνῃ μὲν, ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες. Ubi adscripsi Plut. Mor. 58. e: οἱ δὲ κόλακες τὸν πλούσιον ἀποφαίνουσι ῥωμαλέον ὑποπίπτοντες ἐν τῷ παλαίειν. Ibid. f: κολακεύει (τοὺς πλουσίων καὶ βασιλέων παῖδας) ὁ διδάσκαλος ἐπαινῶν καὶ ὁ προσπαλαίων ὑποκατακλινόμενος.

IV.

8, 25. ὑπερσιτίσαντας. Lexicis addendum ὑπερσιτίζω. Occurrit iterum infra 12, 6.

ib. ὀφρὺς τε δηλώσει βαρεῖα. V. S. 23, 25 (507) Demosthenes dicitur fuisse βαρὺς τὴν ὀφρύν. — δηλώσει ut Im. 4, 29 (764): σοφία γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐδηλοῦτο πλειόνων ζωγράφων. V. S. 41, 24 (528): τὸ δὲ τῶν ὀφρύων ἦθος καὶ ἡ τοῦ προσώπου σύννοια σοφιστὴν ἐδήλου τὸν Μάρκον. ib. 59, 11: σημεῖον — διανοίας δηλούσης ἄνδρα.

8, 26. κοῖλον ἆσθμα. Est altum et grave suspirium, ne de asthmate cogites, qua voce medici spirandi difficultatem significabant. vid. Cels. IV, 4. Im. I, 22. p. 36, 1 (796): καθεύδει δὲ

ὑπὸ τοῦ οἴνου τὸ ἆσθμα ἕλκων, ὡς ἐκ μέθης.

ib. *κύαθοι κλειδῶν ἀνεστηκότες.* Vocabulum *κύαθος* hac notione ignorant lexica. Habet autem cyathi formam extrema clavicula, quae in hominibus crassis prominentior est. Ad constructionem cf. Im. II, **13.** p. **72, 29** (**830**): *αἱ τοῦ πελάγους ἀνεστηκυῖαι πέτραι.* etiam II, **9.** p. **67, 31** (**825**): *ὁ δὲ ἄρα χρυσοῦ τοῦ κράνους ἀνέστηκεν ὑακίνθινος.*

10, 1. *οἱ πλάγιοι κενεῶνες ὄγκου τι ἐνδεικνύμενοι.* Talis *ὄγκος* conspicuus est in Herculis simulacris, vituperaturque in athletis a Galeno, comment. ad aphorism. Hippocr. fol. **222**: *τῆς δὲ τῶν ἀθλητῶν εὐεξίας οὐ μικρὸν τοῦτό ἐστιν ἔγκλημα τὸ περιβάλλεσθαι πειρᾶσθαι μέγεθος ὄγκου κατὰ τὸ σῶμα καὶ δηλονότι καὶ πλῆθος χυμῶν.* Fortasse hunc *ὄγκον* dicit scriptor ep. ad Hebraeos XII, **1.** *τὸν ὄγκον ἀποθέμενοι καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα.* Cursoribus enim maxime oberat is tumor, quem luctatores et pancratiastae quaerebant.

10, 2. *τοὺς δ' ὑποίνους.* Im. I, **18.** p. **30, 7** (**790**): *Βακχῶν χοροὶ καὶ ὕποινοι πέτραι.* I, **25.** p. **39, 23** (**799**): *Ἀνδρίοις γὰρ δὴ ἐκ Διονύσου ἡ γῆ ὕποινος ῥήγνυται.* Sed notione, qua hîc adjectivum legitur, carent lexica.

10, 3. *γαστήρ τε ἑρμηνεύσει περιττή.* V. S. **89, 30** (**589**): *καλῶ — δῶρα, χρυσόν, ἄργυρον, ἵππους, ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἑρμηνεύει πλοῦτον.*

ib. καὶ αἷμα ἱλαρώτερον. Quod Nostro Im. II, 21. p. 89, 1 (845): ἔστιν αὐτῷ καὶ ἄνθος αἵματος. II, 68. p. 63, 5 (820): τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει, hic eloquitur exquisitiore metaphora.

10, 4. ἰκμὰς ἡ μὲν κενεῶνος, ἡ δ' ἐπιγουνίδος. Quid κενεών, discas ex Im. II, 21. p. 89, 21: συνείληφε τὸν Ἀνταῖον μέσον ἄνω κενεῶνος ἔνθα αἱ πλευραί. Quid ἐπιγουνίς, ex Im. II, 18. p. 85, 11: οὐδὲ τὴν ἐπιγουνίδα ἐκλείπει ἡ ὥρα.

10, 5. τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων ἥκοντας. Alibi ἥκειν jungitur praepositioni ἐς, cui hic non erat locus, cf. Im. 3, 2 (761) et not. Jacobsii ad lemma ἀδικεῖ δὲ καὶ σοφίαν ὁπόση ἐς ποιητὰς ἥκει.

10, 7. ἐλέγξει. Vide, quae de hoc verbo habet Jacobs ad Imag. Phil. Jun. XIV. p. 135, 23 (885) et Im. II, 8. (66, 15) 823: τὰς μὲν γὰρ ἐλέγχουσιν, τῶν δὲ ἀπάγουσι. Quod autem V. A. V, 35, 219. Olearius ex falsa Vratislaviensis codicis lectione διαλεγχθείς scripsit πολλὰ μὲν κακοήθως διελεγχθείς, nec reputaverat, sic Apollonium se ipsum pro convicto habere et fugerat eum notio adverbii κακοήθως, quae invenitur Arr. Epict. III, 16. Totus locus sic legendus ex libris Parisinis et Urbinate 110: καίτοι τό γε ἐπ' ἐμοὶ καὶ παρεταττόμην πρὸς (ita et Vrat.) Νέρωνα πολλὰ μὲν κακοήθως διαλεχθεὶς καὶ τὸν ὠμότατον Τιγελλῖνον ἐπικόψας ἀκούοντα, ἃ δὲ περὶ τὰ ἑσπέρια τῶν χωρίων ὠφέλουν Βίνδικα (sic et Flor. ac Vrat.) Νέρωνι δήπου ἐπετείχιζον (accuratius fuisset ἐπιτειχίζων). Apollonius multa in

Neronem ignominiose disseruerat, et Tigellinum acerbissime confutaverat; etiam Vindici Neronem impugnauti adjutorem se praestiterat.

ib. τὴν ἰσχὺν τε γὰρ ὑποδεδωκότες. V. S. 111, 14 (618): ἀμφοῖν τε ἀπόντων ἡ οὐσία ὑπεδίδου. Coutrarium est V. A. III, 32, 123: τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθόνως ἐπεδίδου, καθάπερ δὴ τοῖς πηγαίοις ἀναδιδομένοις, ubi plane diversa habet Euseb. adv. Hieroclem c. 21: καθάπερ αἱ ἀπόρρητοι πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις. Codices nostri in vulgata persistunt, nec obtemperandum videtur Hamackero, Lect. Philostr. 55. tuenti Eusebianam varietatem.

10, 8. καὶ στενοὶ τὸ πνεῦμα. Tales hodie asthmatici vocantur.

10, 9. ἀπανθοῦντες τῶν πόνων. H. e. in laboribus facile lassantur et desistunt ac tamquam marcescunt. Dictio vulgaris est ἀπαυδῶν, ἀπαγορεύων, ἀπειρηκὼς ἐν τοῖς πόνοις s. ὑπὸ τῶν πόνων, saepius non additur objectum.

10, 10. τὰ τοιαῦτα ἀλίσκεσθαι. Excidit post τοιαῦτα adjectivum, e. g. ῥᾴδιοι.

ib. κλεὶς — κοιλή Claviculas, quae ὠμοπλάτας cum sterno jungunt, non ipsas habet cavas, sed cutem circa eas macilentam dicit κοίλην.

10, 11. ἰσχίον ἄναιμον. Sic Im. I, 22. p. 35, 29 (796) Satyri describuntur κοῖλοι τὸ ἰσχίον, lumbis non carnosis. Pollux II, 183. ἰσχίον appellat τὰς μετὰ τὴν ὀσφὺν προσβολὰς σαρκώδεις.

10, 12. πλευρὰ ὑποχαράττουσα. In mentem venit h. l. Plautinorum piscatorum (Capt.

ib. καὶ αἷμα ἱλαρώτερον. Quod Nostro Im. II, 21. p. 89, 1 (845): ἔστιν αὐτῷ καὶ ἄνθος αἵματος. II, 68. p. 63, 5 (820): τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει, hîc eloquitur exquisitiore metaphora.

10, 4. ἰκμὰς ἡ μὲν κενεῶνος, ἡ δ' ἐπιγουνίδος. Quid κενεών, discas ex Im. II, 21. p. 89, 21: συνείληφε τὸν Ἀνταῖον μέσον ἄνω κενεῶνος ἔνθα αἱ πλευραί. Quid ἐπιγουνίς, ex Im. II, 18. p. 85, 11: οὐδὲ τὴν ἐπιγουνίδα ἐκλείπει ἡ ὥρα.

10, 5. τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων ἥκοντας. Alibi ἥκειν jungitur praepositioni ἐς, cui hîc non erat locus, cf. Im. 3, 2 (761) et not. Jacobsii ad lemma ἀδικεῖ δὲ καὶ σοφίαν ὁπόση ἐς ποιητὰς ἥκει.

10, 7. ἐλέγξει. Vide, quae de hoc verbo habet Jacobs ad Imag. Phil. Jun. XIV. p. 135, 23 (885) et Im. II, 8. (66, 15) 823: τὰς μὲν γὰρ ἐλέγχουσιν, τῶν δὲ ἀπάγουσι. Quod autem V. A. V, 35, 219. Olearius ex falsa Vratislaviensis codicis lectione διαλεγχθείς scripsit πολλὰ μὲν κακοήθως διελεγχθείς, nec reputaverat, sic Apollonium se ipsum pro convicto habere et fugerat eum notio adverbii κακοήθως, quae invenitur Arr. Epict. III, 16. Totus locus sic legendus ex libris Parisinis et Urbinate 110: καίτοι τό γε ἐπ' ἐμοὶ καὶ παρεταττόμην πρὸς (ita et Vrat.) Νέρωνα πολλὰ μὲν κακοήθως διαλεχθεὶς καὶ τὸν ὠμότατον Τιγελλῖνον ἐπικόψας ἀκούοντα, ἃ δὲ περὶ τὰ ἑσπέρια τῶν χωρίων ὠφέλουν Βίνδικα (sic et Flor. ac Vrat.) Νέρωνι δήπου ἐπετείχιζον (accuratius fuisset ἐπιτειχίζων). Apollonius multa in

Neronem ignominiose disseruerat, et Tigellinum acerbissime confutaverat; etiam Vindici Neronem impugnanti adjutorem se praestiterat.

ib. τὴν ἰσχύν τε γὰρ ὑποδεδωκότες. V. S. 111, 14 (618): ἀμφοῖν τε ἀπόντων ἡ οὐσία ὑπεδίδου. Contrarium est V. A. III, 32, 123: τὸ γὰρ νᾶμα ἀφθόνως ἐπεδίδου, καθάπερ δὴ τοῖς πηγαίοις ἀναδιδομένοις, ubi plane diversa habet Euseb. adv. Hieroclem c. 21: καθάπερ αἱ ἀπόρρητοι πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις. Codices nostri in vulgata persistunt, nec obtemperandum videtur Hamackero, Lect. Philostr. 55. tuenti Eusebianam varietatem.

10, 8. καὶ στενοὶ τὸ πνεῦμα. Tales hodie asthmatici vocantur.

10, 9. ἀπανθοῦντες τῶν πόνων. H. e. in laboribus facile lassantur et desistunt ac tamquam marcescunt. Dictio vulgaris est ἀπαυδῶν, ἀπαγορεύων, ἀπειρηκὼς ἐν τοῖς πόνοις s. ὑπὸ τῶν πόνων, saepius non additur objectum.

10, 10. τὰ τοιαῦτα ἁλίσκεσθαι. Excidit post τοιαῦτα adjectivum, e. g. ῥᾴδιοι.

ib. κλεὶς — κοιλή Claviculas, quae ὠμοπλάτας cum sterno jungunt, non ipsas habet cavas, sed cutem circa eas macilentam dicit κοίλην.

10, 11. ἰσχίον ἄναιμον. Sic Im. I, 22, p. 35, 29 (796) Satyri describuntur κοῖλοι τὸ ἰσχίον, lumbis non carnosis. Pollux II, 183. ἰσχίον appellat τὰς μετὰ τὴν ὀσφὺν προσβολὰς σαρκώδεις.

10, 12. πλευρὰ ὑποχαράττουσα. In mentem venit h. l. Plautinorum piscatorum (Capt.

IV, 2, 34.), qui advehuntur quadrupedanti crucianti cantherio. Verbum hac notione in lexicis desideratur, diversâ habet Plut. Alex. 69.

10, 14. οὐδ' ἂν — ἀγωνία. Tales scilicet inglorium est vincere, itaque ne cogitari quidem potest de honesto praemio, si ἀφροδισιάζοντες sint antagonistae. ἀγωνία hic ipsum certamen, alibi exercitationem significat. V. A. V, 8, 194. nuntiata Neronis Olympica victoria τὰ μὲν Γάδειρα ξυνίει τῆς νίκης, καὶ ὅτι ἐν Ἀρκαδίᾳ τις εἴη ἀγὼν εὐδόκιμος, ἐπειδή, ὡς εἶπον, ἐς τὰ Ἑλλήνων σπεύδουσιν (Par. 1696. ἐπειδὴ σπεύδουσιν, ὡς εἶπον, ἐς τὰ Ἑλλήνων). αἱ δὲ πόλεις αἱ πρόσοικοι τοῖς Γαδείροις οὔτε ἐγίγνωσκον ὅ,τι εἴη τὰ Ὀλύμπια, οὐδ' ὅ,τι ἀγωνία ἢ ἀγὼν κτέ. Quum ἀγωνία referri possit ad certamen gymnicum, non est corrigendus locus in Plat. Gorg. 456. d. καὶ γὰρ τῇ ἀγωνίᾳ οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας χρῆσθαι ἀνθρώπους κτλ.

10, 15. ὑπώπια dicuntur partes cavae sub oculis, ut apud Hippocratem π. τ. ἐντὸς παθῶν 194 ed. Foes. τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπώπια ὠχρά.

ib. λεπτὴ δὲ πήδησις καρδίας. cf. V. S. 38, 36 (525): ἐς πήδησιν ἄγει τὴν καρδίαν.

10, 16. ἱδρώτων ἀτμοί. Hes. ἀτμὸς ἡ ἐξ ὑγρῶν ἀνάδοσις.

10, 17. ὕπνοι ἰθύνοντες τὰ σιτία. Vulgaris erat opinio, cibos somno digeri. Noster infra 14, 21: ὀψοφαγίᾳ ἀήθει χρησάμενος ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου. Galen. περὶ ἰατρ. καὶ γυμν. c. 37: ὅλον γὰρ ὁρῶμεν αὐτῶν (athletarum) τὸν

βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ ἀναστρεφόμενον ἢ ἐσθιόντων ἢ πινόντων ἢ κοιμωμένων ἢ ἀποπατούντων. Adde Mercurial. p. 193.

10, 18. τὸ ἐρᾶσθαι δοκούντων ἀποσημαίνουσα. Poterat omitti δοκούντων scribendo ἐρωμένων, sed ab auctore ipso profectum docet V. S. 27, 22 (513): τὸ μὲν γὰρ φιλόγελων ἐπιπολάζειν αὐτῷ δοκοῦν ἀφεῖλε καὶ προσώπου καὶ γνώμης. Im 1, 19. p. 32, 21 (793) Laudianus liber offert ἡ δὲ τοῦ Διονύσου ναῦς τὰ μὲν ἄλλα πέτρᾳ μοι δοκεῖ διείκασται, φολιδωτὸς δὲ ὁρᾶται τὰ εἰς πρῶραν (Bruxell. Monac. 242: τὴν πρῶραν). Facili mutatione inde fiet μοι δοκεῖ διεικάσθαι. — ἀποσημαίνω usurpatum ut a Theophrast. H. Pl. I, 27 αὐτὸ τὸ συμβὰν ἀποσημαίνει. Aliter V. S. 66, 8 (560): Ἀθηναῖοι φωνὰς ἀφῆκαν τυραννουμένων πρὸς τὸν (fortasse ἐς τὸν, vid. Thucydid. IV, 27.) Ἡρώδην ἀποσημαίνοντες. In nostro loco τῶν excidit post τὸ.

10, 20. ἀποκάθαρσις μὲν τῆς ἐπιπολαζούσης εὐεξίας. Ea significatione ἐπιπολάζω frequens est apud Hippocratem et explicatur a Galeno comm. 1. in libr. π τ ἀνθρ. φυσ. p. 10, 55. πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος ἀντὶ τοῦ πλεονάζοντος. Nec aliter Noster V. S. loco modo citato ad 10, 18. Constructio hujus enuntiati liberior pro: τὸ δὲ ὀνειρώττειν ἀποκάθαρσις κτέ. Quid ὀνειρώττειν sit, pluribus docet Foesius Lex. Hippocrat. s. v. De εὐεξία cf. Galeni libellum ed. Bas. I, 248. et quae collegit Spanheim ad Julianum Or. p. 11. a.

10, 22. ὕπωχροι καὶ δροσίζοντες. De

ὕπωχρος conf. Hemsterhus. ad Lucian. Charon. c. XI. Phil. J. V. p. 118, 5 (869). δροσίζω hic est nova significatione = ἱδρῶ. Vulgo transitivâ legitur, ut apud Athen. XV, 692. d. περιπορευόμενοι τοὺς μὲν στεφάνους τῶν κατακειμένων δροσίζουσιν τοῖς μύροις, ἄλλο μηδὲν ἔξωθεν παραρραίνοντες.

10, 23. εὐτραφεῖς δὲ ὑπὸ τοῦ καθεύδειν. V. A. VI. 30, 269: ἐπιψηλαφήσας δὲ αὐτοῦ τὸν αὐχένα ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ ἔρρωτο αὐτὸν ἴσα τοῖς ἀσκοῦσι τὸ σῶμα compone cum V. S 59, 31 (552): γρυπὸν εἶναι καὶ εὐτραφῶς ἔχοντα τοῦ αὐχένος. — ὑπὸ τοῦ καθεύδειν illustratur ex nota 10, 17.

10, 24. ἀνεύθυνοι τὸ ἰσχίον. Non κοῖλοι et ἄναιμοι, quales esse dicuntur ἀφροδισιάζοντες. cf. supra 10, 11. — ἀνεύθυνος h. l. est: non vituperandus; apud Plut. Mor. 45, e. οὐ τὰ μὲν ἐκείνου πλημμελήματα πικρῶς ἐξετάζειν ὀφείλει, κατὰ ῥῆμα καὶ πρᾶγμα προάγων τὴν εὐθύνην, αὐτὸς δὲ ἀνεύθυνος ἀσχημονεῖν καὶ πολλὰ σολοικίζειν περὶ τὴν ἀκρόασιν, respicitur fortasse ad Thucydidem III, 43.

10, 25. διαρκεῖς τὸ πνεῦμα. cf. Hermog. περὶ εὑρέσεων 4 (p. 158 ed. W): πνεῦμα μὲν οὖν ἐστι σύνθεσις λόγου διάνοιαν ἀπαρτίζον ἐν κώλοις καὶ κόμμασι μετρούμενον (fo. μετρουμένοις) πρὸς τὴν διάρκειαν τοῦ πνεύματος κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ λέγοντος.

ib. ἐν χώρᾳ — ἐστιν. Hic locus, ni fallor, suppleri debet inserendo οὐ ante ταὐτὸ et ἀλλ' ante οἱ μέν. Distinguuntur ὀνειρώττοντες ab

ἀφροδισιάζουσι eo, quod illi naturam suam inviti purgent, hi volentes perdant. Quod vocabulum χώρα attinet, cf. V. A. V, 16, 200: σὺ δὲ ἐς ῥητόρων ἤδη χώρει — σοὶ δὲ ἀστρονομεῖν χώρα.

12, 1. τήκοντες. vid. Galen. 2. ὑγιεινῶν p. 235.

ib. κόπων ἀγαθὴ μάρτυς. Loquitur de κόποις αὐτομάτοις, h. e. de lassitudine, quae naturâ talibus inest. ἀγαθὴ μάρτυς addendum exemplis, quae collegimus ad 6, 10.

12, 3. ἥτε ἔξωθεν περιβολὴ τοῦ σώματος λεπτοτέρα ἑαυτῆς δοκοῦσα. cf. Heroic. 698 (Boiss. 112) dicitur Antilochus δρομικώτερος καὶ περιεπτισμένος τὸ εἶδος. — λεπτοτέρα ἑαυτῆς ut V. S. 13, 3 (492): ὑφ' ὧν ὁ λόγος ἡδίων ἑαυτοῦ γίνεται καὶ σοβαρώτερος. V. A. IV, 18, 156. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος οὐδὲν ὑπὸ τούτων ἥττων αὐτοῦ γενόμενος habet Schellersh. V. A. IV, 27, 166. idem liber Λακωνικὸν δὲ οὐδὲν περὶ αὐτοὺς ἐφαίνετο, ἀλλ' ἁβρότερον αὐτῶν εἶχον. vulg. αὐτῶν, pro quo Valckenarius ad Callimach. fr. 233. proposuit Λυδῶν, doctius quam verius.

12, 4. ἀνοιδοῦσα φλέψ. Im. II, 23. p. 92, 19 (849): ἀνοιδοῦσιν αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες. Adde Phil. J. XI, 131, 7 (882).

ib. κατηφὴς βραχίων. Im. I, 7. p. 14, 13: Ἠὼς ἐπὶ τῷ παιδὶ πενθοῦσα κατηφῆ ποιεῖ τὸν Ἥλιον. V. S. 63, 18 (556) de lapide Lesbio κατηφὴς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας. Adhibuit eum locum Creuzer ad Porphyrii Vit. Plot. p. CXXXIII. Hic brachium dicitur lentitudine flaccidum. Con-

trarium est Im. 1, 24 p. 39, 8 (799): Λακωνικὸν τὸ μειράκιον — καὶ βραχίονα ὑπεγεῖρον ἤδη.

12, 5. κατεσκληκότα. cf. supra notata ad 6, 6.

V.

12, 6. ὑπερσιτίσαντες. vid. ad 8, 24.

12, 7. ἤν τε κούφων τύχωσιν ἤν τε βαρυτέρων ἀγωνισταί. Discrimen, quod est inter certamina κοῦφα et βαρέα explicuit E. Meier laudatis Aesch. c. Ctesiph. 569. Dion. Halic. A. R. 7, 72. Diod. 4, 14. Plut. Symp. 8, 4, 4. Paus. VI, 24, 1. Luc. Anach. 24. Galen. de tuend. san. 3. (Olymp. Sp. p. 304. in Encyclop. v. Ersch und Gruber), quibus ex Philostr. praeter nostrum locum addo V. S. 61, 20 (554): στεφανούσθω δὲ ὁ μὲν δρομικὸς ἀθλητὴς ἔλαφον παρελθὼν ἢ ἵππον, ὁ δὲ τὰ βαρύτερα ἀσκῶν ταύρῳ συμπλακεὶς ἢ ἄρκτῳ et Heroic. 715 (Boiss. 160): καὶ μὴν καὶ γυμνόν φησι τὸν Παλαμήδην μέσα φέρεσθαι βαρέος ἀθλητοῦ καὶ κούφου. Pentathlum ibid. V. D. inter βαρέα ἀγωνίσματα recenset, sed praeter luctam, quam et ipsam verisimile est in πεντάθλῳ minus difficilem fuisse, cetera certamina, quae πένταθλοι exercebant, κοῦφα erant. Ideo Lacedaemonii, quibus pancratio et pugilatu interdictum erat, plerumque quinquertio vincebant. cf. Im. 1, 24. p. 39, 6: Λακωνικὸν μειράκιον (de Hyacintho) καὶ τὴν κνήμην ὀρθὸν, καὶ δρόμων οὐκ ἀγύμναστον. Etiam Alexander M. οὔτε πυγμῆς οὔτε παγκρατίου μετά τινος σπουδῆς ἔθηκεν ἆθλον, secutus Lacedaemoniorum instituta. Hoc obiter dictum sit.

Philostratus videtur solam luctam excepisse, quum 12, 10 praecepit γυμναστέοι δὲ πένταθλοι μέν τινα τῶν κούφων (sc. οἱ ὑπερσιτίσαντες) reliquaque habuisse κοῦφα. Latiori sensu quinquertium accipit Aristoteles Rhet. I, 5, 14: ὁ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω, δρομικός. ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός. ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός. ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις παγκρατιαστικός. ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος. Alia divisione complectitur πεντάθλων nomine omnia Graecorum certamina Anonymus in Laur. Pl. LXXIV, 13: οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀγῶνες, οἳ καὶ πένταθλα ὀνομάζονται, οὗτοι κατ' εἶδος εἰσὶ πυγμή, τὸ χερσὶ βάλλειν ἀλλήλους, συνηγμένων καὶ ἐσφιγμένων ἰσχυρῶς τῶν δακτύλων. δίσκος, ὅπερ ἦν λίθος σφαιρικὸς, ἤτοι στρογγύλος, εἰς μῆκος ῥιπτόμενος καὶ νίκην διδοὺς τῷ ὑπερβάλλοντι. δίαλμα, τὸ κατὰ γῆς ἅλλεσθαι συνημμένοις καὶ διεστηκόσι ποσί. πάλη τὸ ἀλλήλοις συμπλέκεσθαι, καὶ ὁ δρόμος ὁ διὰ τῶν ἰδίων ποδῶν ἢ ἵππων. vehementer ille errans in ultimis.

12, 8. ταῖς εἰς τὸ κάτω τρίψεσιν. Vocabulum τρίψις illustrat Foes. ad Hippocr. v. ἀνάτριψις et Almeloveen. ad Celsum II, 14. pag. 87, quos laudavit Creuzer ad Porph. Vit. Plot. ad verba: τρίψεσι καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος ἐπὶ τῆς οἰκίας.

12, 9. ἵνα τῶν κυριωτέρων τὰ περιττὰ ἀπάγοιτο. V. S. 39, 23: τέθαπται ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ τὸ κυριώτατον τῆς Ἐφέσου. Im. II, 23. p. 92, 19 (849): αἱ περὶ αὐτὸν φλέβες δι' ὧν

ἐς τὰ καίρια τῆς κεφαλῆς ἀναρρεῖ πᾶσα χορηγία τῆς νόσου: malim ex optimis libris Barocciano 131 et Laudiano legere ἐς τὰ κύρια, Bruxellensis, cujus collationem debeo Roulezio, accedit, ubi est κήρια. — Optativus pro conj. ut Luc. Anach. 24. med. τὸν μέν τινα πυκτεύειν, τὸν δὲ παγκρατιάζειν διδάσκομεν, ὡς τούς τε πόνους καρτερεῖν ἐθίζοιντο καὶ ὁμόσε χωρεῖν ταῖς πληγαῖς.

12, 11. δρομεῖς δὲ μὴ ξυντείνοντες. V. A. II, 32, 85: ἐχώρουν δὴ ξυντείνων (sic Par. 1801 pro ξυντείνας ex correctione) καὶ βοῶν κτέ. — δρόμος in pentathlo haud dubie diversus erat a cursu singulare certamen efficiente.

12, 13. μεῖζόν τι διαβαίνοντες. Im. I, 16. p. 27, 20 (787) dicuntur Daedali opera διαβεβηκότα ἤδη καὶ ἐν ἐπαγγελίᾳ τοῦ βαδίζειν, ubi male Flor. et Par. βεβηκότα, cujus verbi plane alia est significatio. cf. V. S. 60, 1 (552): κνήμην μικρὸν ἐς τὸ ἔξω κυρτουμένην καὶ παρέχουσαν τῇ βάσει τὸ εὖ βεβηκέναι.

ib. πύκται δὲ ἀκροχειριζέσθων. Plat. Alcib. 107. e. εἰ οὖν βουλεύοιντο Ἀθηναῖοι, τίσι χρὴ προσπαλαίειν καὶ τίσιν ἀκροχειρίζεσθαι. adde Tim. p. 19. cum Ruhnkenii nota et Bekker Anecd. 429, 23. Pausan. VI, 4, 1: Σικυώνιος Σώστρατος παγκρατιαστὴς ἀνήρ, ἐπίκλησις δὲ ἦν ἀκροχερσίτης (Schneiderus in lex. proposuit ἀκροχειριστής) αὐτῷ. παραλαμβανόμενος (scribendum ἐπιλαμβανόμενος ex Suida) γὰρ ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. Alius generis ἀκροχειρισμὸς est, quem praecipit hic

τοῖς ὑπερσιτίσασι Philostratus. Vide ἀποχειριζομένους apud Tischbein. Engrav. 46. Bouill. III. Basreliefs Pl. XIV, quos appellat: les Genies de la lutte. Mionnett. Descr. pl. 57, 3, 6.

12, 14. ἐλαφροί τε καὶ ἀερίζοντες. Hoc ἀερίζειν cum σκιαμαχίᾳ et χειρονομίᾳ comparare licet celeri manuum motu, differt eo, quod cum adversario conseritur. Cui hîc non veniat in mentem Paul. 1. ad Cor. IX, 9. οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων? Idem significat Lucian. Anachars. 4: ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι λακτίζουσι τὸν ἀέρα. Virg. Aen. V, 376. de Darete: alternaque jactat brachia protendens et verberat ictibus auras. — Ipsum vocabulum ἀερίζω hac significatione ignorant lexica.

12, 15. πάλη δὲ καὶ παγκράτιον, ὀρθοί. Transitus a re ad personam, quia πάλη et παγκράτιον positum pro παλαισταί et παγκρατιασταί. Contra progreditur a persona ad rem supra οἱ δὲ ὀνειρώττοντες ἀποκάθαρσις τῆς ἐπιπολαζούσης εὐεξίας. Oblata occasione agam de V. A. VIII, 7. §. 3: ἔστι τι, ὦ βασιλεῦ, ψευδόσοφοί τε καὶ ἀγείροντες (Ol. temere ψευδόσοφόν τε καὶ ἀγεῖρον), ὃ μὴ μαντικὴν ὑπολάβῃς — ἀλλὰ τοὺς γόητας ψευδοσόφους φημί. τὰ γὰρ οὐκ ὄντα εἶναι καὶ τὰ ὄντα ἀπιστεῖσθαι, πάντα ταῦτα προστίθημι τῇ τῶν ἐξαπατωμένων δόξῃ. τὸ γὰρ σοφὸν τῆς τέχνης ἐπὶ τῇ τῶν ἐξαπατωμένων τε καὶ θεωμένων ἀνοίᾳ κεῖται. ἡ δὲ τέχνη, φιλοχρήματοι γὰρ πάντες, ἃ γὰρ κομψεύονται, ταῦθ' ὑπὲρ μισθοῦ σφισιν εὕρηται. Artem esse antea significaverat verbis τὸ γὰρ σοφὸν τῆς τέ-

χνης, igitur non scribendum ἔστι δὲ τέχνη, sed, deleto γὰρ post φιλόχρήματοι: ἡ δὲ τέχνη φιλοχρήματοι πάντες, quo et nexus sententiarum restituitur, et molesta repetitio illius particulae vitatur. Ibid. etiam θεωμένων corruptum est, habet Flor. τεθεωμένων, unde nil proficias. Scripsisse videtur personatus Apollonius: ἐπὶ τῇ τῶν ἐξαπατωμένων τε καὶ θυομένων ἀνοίᾳ κεῖται. Spectare tales praestigias non erat amentis, emere sane erat. Vide, unde emendatio nostra confirmatur, V. A. VII, 20, 300: φασὶν τεμεῖν αὐτῷ παῖδα Ἀρκάδα,* θυομένῳ γε (particul. om. Parisini) ἐπὶ τὸν βασιλέα.

12, 16. ἀλλ' ἀνάγκη κυλίεσθαι. Interlocutorem audis, cui statim reponit Noster: κυλιέσθων μέν, ἀλλ' ἐπικείμενοι. Volutationem palaestricam egregie explicuit Jacobsius ad Imag. p. 434. Sed adscribam totum locum Im. II, 6. p. 62, 5 sqq. μηδὲ συντυχία νοείσθω τοῦτο, σοφώτατα γὰρ προὐνοήθη *). καὶ τὸ πάλαισμα τῆς νίκης; οἱ παγκρατιάζοντες (sic videntur haec legenda ex Monac. 242. Guelf. 25 (c) et 82 (d), vulgo σοφώτατα γὰρ προὐνοήθη τῆς νίκης καὶ τὸ πάλαισμα οὐκ ἀγνοήσεις, sed ultima duo verba in plerisque mstis desiderata glossam sapiunt, qua explicaretur ellipsis praedicati, e. g. τοιόνδε ἐστίν. Interpunxi praeterea post προὐνοήθη, ut hoc v.

*) Huc spectant, quae infra p. 819. leguntur τῇ δὲ ἐπιτάσει τῶν σκελῶν ἀνειμένῃ χρησάμενος οὐκ ἔφθη τὸν λογισμὸν τοῦ Ἀρριχίωνος. Omnes libri et edd. vett. tenent λογισμὸν, Ol. primus ex marg. Mor. reposuit λυγισμὸν, nescio an citra necessitatem.

referretur ad τοῦτο) ὦ παῖ, κεκινδυνευμένῃ προσχρῶνται τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, οἳ μή εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίγνεσθαι χρὴ οἷον πίπτοντα (h. e. vincere oportet, cum vinci videatur, athletam. Lindau et Olearius non recte vertunt πίπτοντα. cf. supra 4, 26. ἐμάχοντό τε ὑπὲρ τειχῶν οὐδ' ἐκεῖ πίπτοντες). δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης ἐς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι προσόντος τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι. Cum his conferantur Heroic. a Jacobsio laudata p. 678 (Boiss. 52): Ἀλτὴρ ἠρώτα τὸν Πρωτεσίλεων, ὅ τι πράττων περιέσοιτο τῶν ἀντιπάλων. ὁ δὲ „πατούμενος“ ἔφη. ἀθυμία μὲν οὖν (codd. optimi μὲν omittunt) αὐτίκα τὸν ἀθλητὴν ἔσχεν, ὡς καταβεβλημένον ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ. τὸ δὲ ἀποπτερνίζειν ἐν ἀγωνίᾳ πρῶτος εὑρὼν ξυνῆκεν ὕστερον, ὅτι κελεύει αὐτὸν μὴ μεθίεσθαι τοῦ ποδός. τὸν γὰρ προσπαλαίοντα τῇ πτέρνῃ, πατεῖσθαι ξυνεχῶς χρὴ καὶ ὑποκεῖσθαι τῷ ἀντιπάλῳ. Distinctionem post πτέρνῃ ab Ol. omissum habet etiam Guelf. 25.

12, 18. *καὶ μηδαμῇ περικυβιστῶντες.* Verbum περικυβιστῶ in lexicis non habetur, etsi ὑπερκυβιστῶ legitur apud Polyb. XXII, 6, 6. et Pollux IX, 22. Luc. Anach. 16. laudat συνεχεῖς ἐν τῷ πηλῷ κυβιστήσεις.

2, 19. *ἀποματτέτω δὲ ὁ γυμναστής.* Recte igitur Krause Theag. 245. conjicit gymnasten s. paedotribam non semper aliis frictiones, purgationes et unctiones commisisse, sed ipsum etiam

nonnunquam ea ministeria exsecutum esse. Inde dicebantur gymnastae ἀλεῖπται Plut. ὑγιειν. παραγγέλμ. 133. b. Schol. Pind. Nem. VI, 108. Corpus primum circumpinsebatur luto (πηλῷ), deinde abstergebatur: illud περιμάττειν, hoc ἀπομάττειν dicebant proprie; sed alterum verbum in universum de purgatione usurpabatur. cf. Dem. περὶ στεφ. §. 259. ed. B. καθαίρων τοὺς τελουμένους καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις. Celsus I, 3: alvum adstringit — creta figularis corpori illita.

12, 20. ἀποστελγιζέτω. A rariore forma στελγίς, de qua vide Hesych. Suid. v. στελγίδες. Occurrit apud Polyb. Legat. 60. in fin. pag. 1224, ubi est στελγίδα χρυσῆν, et Lycophr. 824. στελγίσματα. Derivatum ex nostro loco addendum lexicis. Descriptionem strigilis exhibet Boettiger Aldobrand. Hochzeit 159—161. Imaginem destringentis se apud Bouillon III. invenis, vid. etiam Mercurial. p. 30. Passeri 1, 7.

ib. ξυμμέτρῳ χρώμενος. sc. τῷ πηλῷ, quod omissum dicere malim quam intelligendum.

12, 21. ὡς μὴ ἀποφράττοιντο. Valde usitata Philostrato haec compositio particularum. Duo exempla exstant praeter nostrum lemma vel in hac fragmentorum collectione, 10, 11: ὡς μὴ πῦρ πυρὶ ἐπαντλοῖτο, 11, 16: ὡς μὴ πᾶσα ἡ χεὶρ μάχοιτο. V. S. 59, 2 (551) οὐκ ἐθάρρει δὲ αὐτὸ αἰτεῖν ἐκ βασιλέως, ὡς μὴ διαβληθείη nollem omissum a me ὡς, optimorum quidem librorum fide, sed contra scriptoris consuetudinem. Librariis fraudi fuit antecedens vocabulum.

ib. *αἱ ἐκβολαὶ τοῦ ἱδρῶτος.* cf. Jacobs ad Im. Jun. **119**, **25**. similia colligentem. — *τοὺς δ' ἐξ ἀφροδισίων.* suppleri potest *ἥκοντας.*

12, **22**. *οἱ γὰρ στεφάνων καὶ κηρύκων αἰσχρὰν ἡδονὴν ἀλλαξάμενοι.* Istud *στεφάνων καὶ κηρύκων* edocuit me verum esse quod sine ulla dubitatione olim existimabam corruptum, V. S. **60**, **15** (**553**) *καί με βόσκουσιν αἶγές τε καὶ ποιμένες.* Jacobsius proposuit *αἶγές τε καὶ ποῖμναι*, speciosissime, sed sine necessitate. Ejusdem generis est V. A. IV, **24**, **162**: *αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες*, Nero vicit cithara et praeconio, quod praeter Philostratum etiam Jul. African. Ol. **211**. et Euseb. Chron. **16**. »Nero coronatur cerycas« tradunt, confirmantes conjecturam E. Meieri (Ersch und Gruber Encycl. v. Olympische Spiele, p. **302**). Ex Pindaro comparaverim Nem. VI, **31**. ed. Dissen. *ἀοιδοὶ καὶ λόγοι*, nec plane alienum Tac. Ann. II, **88**. reperio apud scriptores senatoresque (pro: senatusconsulta) lectas in senatu litteras, et Agr. **24**. aditus portusque per commercia et negotiatores cogniti. Ann. XI, **6**. famam et posteros praemia eloquentiae pulcherrima. — *αἰσχρὰν ἡδονήν.* cf. praeter jam laudatos Horat. A. P. **412**. Plat. Legg. VIII, **839**. e. Aelian. V. H. XI, **3**: *ὅτι Ἴκκος ὁ* (deest *ὁ* in Pal. **155**.) *Ταραντῖνος πάλης ὑπῆρξατο σωφρονέστερον τὸν* (om. Pal.) *τῆς ἀθλήσεως χρόνον διαζήσας καὶ κεκολασμένῃ τροφῇ* (Pal. *σοφίᾳ*, male) *διαβιώσας καὶ ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσας.*

12, **24**. *ποῦ ἄνδρες;* Soph. Oed. R **390**:

ποῦ σὺ μάντις εἶ σαφής; quem secutus Noster etiam V. A. VI, 5, 234: καὶ ποῦ σοφὸν, ὃν στεφανοῦν ἐχρῆν, τοῦτον ἀκουσίου φόνου (ultimam vocem addit Par. 1801.) μὲν, ὑπὲρ αὐτῶν δ' εἰργασμένου μὴ καθῆραι; Inscite ibi Olearius corrigebat πῶς.

12, 26. ὑπὲρ νουθεσίας. V. A. V, 14, 199: εἰπὼν μὲν ψευδῆ λόγον, ἐπαγαγὼν δὲ νρυθεσίαν, ὥσπερ Αἴσωπος (Par. 1801. ὁ Αἴσωπος). Eur. Herc. Fur. 1256: ἄκουε δή νυν, ὡς ἁμιλληθῶ λόγοις πρὸς νουθετήσεις σάς. olim legebatur νουθεσίας, correctum a Piersono ad Moer. p. 270.

14, 2. ἐπικόπτουσιν, affligunt, pessundant; notione minus frequenti, plerumque enim legitur significatu reprehensionis et castigationis. Im. I, 3. p. 7, 32 (767): πλεονεξίαν γὰρ ἐπικόπτει. V. S. 46, 12 (535): τὰς Ἀθηναίων φύσεις ἐπικόπτειν χρὴ μᾶλλον ἢ ἐπαίρειν. V. A. VII, 14, 295. οὐδὲ γὰρ χεῖρα αἴρειν ξυγχωρεῖ ἐς τὰ ἀγάλματα, ἀλλ' ἐπικόπτει (ita Par. 1696, male vulgo ἐπισκώπτει) αἴροντας, ὥσπερ τοὺς ἐπανατεινομένους οἱ νόμοι accedit propius ad nostri loci sententiam.

14, 3. ἡ δὲ τῶν ἀφροδισίων ἕξις, ἀφροδίσια. Enallage numerorum, ut supra 12, 15. πάλη δὲ καὶ παγκράτιον, ὀρθοὶ μὲν καὶ οἵδε.

14, 4. ἀκούσια δὲ, ὡς ἔφην. Dixit supra 10, 25. ἐν χώρᾳ τε τῶν ἀφροδισιαζόντων ὄντες (οὐ) ταὐτόν ἐστιν, (ἀλλ') οἱ μὲν καθαίροντες τὴν ἕξιν, οἱ δὲ τήκοντες.

14, 5. τὴν ἰσχὺν ἀποθρεπτέοι. Habet hoc verbum Pollux VI, 32, sed sine explicatione.

14, 7. *κάξικμαστέοι τοὺς ἱδρῶτας.* Luc. (Anach. 25.) eandem rem sic exprimit: *τὸ ἄχρειον τῶν σαρκῶν καὶ τὸ περιττὸν τοῖς ἱδρῶσιν ἐξαναλωκότες.*

14, 8. *ἔστω δὲ ἐνδοσιμώτερα τὰ γ.* Plerumque pro substantivo adhibetur *ἐνδόσιμον*, cf. Jacobs ad Im. p. 651, nec succurrit aliud exemplum, ubi propriam adjectivi sustineat vicem. Constructio totius enuntiati est ut V. S. 18, 28 (500): *οἱ τύραννοι αἱρετώτεροι τοῖς ἀρχομένοις ἀνειμένοι μᾶλλον ἢ ξυντείνοντες.* Pro *ἔστω* scribendum *ἔσται.* Nil autem mutaverim V. A. VIII, 7, 8. 338: *ἔστω, βασιλεῦ, κατηγορία καὶ ὑπὲρ τῆς Ἐφέσου, ἐπειδὴ ἐσώθη καὶ κρινέτω με ὁ Αἰγύπτιος, ὡς ἔστι πρόσφορον τῇ γραφῇ. ἔστι γὰρ δήπου ἡ κατηγορία τοιαύτη· περὶ Σκύθας ἢ* (sic codd. vulgo *καὶ*) *Κέλτας, οἳ ποταμὸν Ἴστρον ἢ Ῥῆνον οἰκοῦσι, πόλις ᾤκισται μείων οὐδὲν Ἐφέσου τῆς ἐν Ἰωνίᾳ. ταύτην — λοιμός μέν τις ἀπολεῖν ἔμελλεν, Ἀπολλώνιος δὲ ἰάσατο.* Posuit quidem Ol. *ἔστω γὰρ δήπου*, sed fugit eum, ab Apollonio accusationem illam eo ipso acerbissime redargui, quod Epheso, quasi hostium urbs sit, salus allata vituperetur ab Aegyptio. In sequentibus scilicet solis latet vitium: *ἔστι μὲν γάρ τις καὶ πρὸς ταῦτα ἀπολογία σοφῷ ἀνδρί.*, quae nexum sententiarum dissolvunt, nisi deleas *γάρ.*

14, 9. *προηγμένα καὶ ἐς μῆκος* idem est quod V. S. 4, 22 (481) *διήει αὐτὰ ἀποτάδην καὶ ἐς μῆκος.* Alterum hoc et Luc. Anach. 27. *ἐς μῆκος διαρκεῖν ἐθιζοντες.* Illud alio sensu occurrit V. S. 53, 12 (542): *ἐν γὰρ ταύταις μάλιστα*

τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατὰ σχῆμα προηγμένων ἡνία τε ἐμβέβληται τῷ λόγῳ καὶ τὸ ἐπαμφότερον αἱ διάνοιαι σώζουσιν, et Phil. Jun. Prooem. 109, 13 (861), ubi Senioris Imaginum opus laudatur ἐσπούδασται — λίαν ἀττικῶς τῆς γλωττῆς ἔχουσα ξὺν ὥρᾳ τε προηγμένῃ καὶ τόνῳ.

14, 10. ἵνα τὸ πνεῦμα ἐγγυμνάζοιντο. h. e. ἐν τοῖς γυμνασίοις, cf. V. S. 112, 25 (619) ἥκω δέ σοι ἐγγυμνασόμενος cum not. nostra et Plut. Mor. 130. f.

ib. δεῖ δὲ — ξυμμέτρου. V. A. II, 11, 59: τῷ δὲ δὴ μαχίμῳ τε καὶ πολεμιστηρίῳ τίνων δεῖ; (nequidquam Ol. δὴ tuetur contra codd. lectionem.) V. A. VIII, 6, 327: ῥητορικοῖς (Par. 1696. ῥητορικῇ) μὲν γὰρ πρὸς τρόπου ταῦτα, καὶ οὐδὲ ἐκείνοις (idem cod. ἐκείνης) δεῖ. V. S. 119, 12 (628): αὐτοκράτωρ γὰρ δὴ, ὁπότε ἐπιστέλλοι, οὐ δεῖ ἐνθυμημάτων κτέ. ubi δεῖ ex solo Marciano 392. restitui. — ἔλαιον ξύμμετρον est satis magna olei copia. cf. V. S. 108, 30 (614): ἔστιν αὐτῷ φρόντισμα οὐκ ἀηδὲς βιβλίον ξύμμετρον.

14, 11. καὶ πεπαχυσμένου τῇ κόνει. Antiquitus solum oleo inungebantur: λίπα ἠλείφοντο s. ἐχρίοντο, cf. supra 4, 24, deinde variae mistiones inventae sunt, in quibus erat etiam ceroma, saepe illud commemoratum a scriptoribus Latinis, ut a Martiali VII, 31. IV, 19. XIV, 50. Plin. H. N. XXXV, 13. Senec. ep. 57. In alio plus pulveris, in alio plus olei adhibebatur, cf. Nostrum 4, 4: χρὴ δὲ τοὺς μὲν ξυνάγειν τῇ κόνει, τοὺς δὲ τῷ ἐλαίῳ ἐπαιονεῖν. Adde Galen. ὑγιεινῶν β. c. 8. extr.

14, 12. *τουτὶ — ἀνίησι.* In pulvere erat vis adstringendi, in oleo relaxandi, quod docet locus modo citatus.

VI.

14, 13. *αἱ περιδεεῖς γνῶμαι.* Luc. Anach. 12: *οὐ γὰρ οὕτω λέγων ἂν προσβιβάσειέ σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐκεῖ δρωμένων, ὡς εἰ καθεζόμενος αὐτὸς ἐν μέσοις τοῖς θεαταῖς βλέποις ἀρετὰς ἀνδρῶν καὶ κάλλη σωμάτων καὶ εὐεξίας θαυμαστὰς — καὶ γνώμας ἀηττήτους.*

VII.

14, 15. *τῶν τετράδων.* De his tetradibus lexica nil habent; videtur in palaestris mos fuisse bina paria, ceteris quiescentibus, componendi. Concludo hoc ex verbis infra lectis 14, 26: *χαλεπὸς ἦν ὡς ἀνιέντι καὶ τὰς τετράδας διασπῶντι* Vellem sane et ea servata, quibus Philostr. *παρῃτήσατο τὰς τετράδας.* Amorum *τετρὰς* pugnantium occurrit Im. I, 6. p. 11, 28.

14, 16. *ἡ ἐπὶ Γερήνῳ τῷ παλαιστῇ διαμαρτία.* Nomen hujus Olympionicae apud alios scriptores frustra quaesivi: proximus fuerit a Philostrati aetate. Mirum, hunc hominem post victoriam celeberrimo ex certamine reportatam adhuc gymnastae arbitrio subjectum fuisse. Ceterum *διαμαρτία* usitatum Nostro pro simplici *ἁμαρτία.* cf. Im. I, 6. p. 12, 34 (772): *πάντες ἐν τοῖς τῆς διαμαρτίας σχήμασιν.* ib. 1, 24. p. 38, 20: *δεινὴ μὲν ἡ διαμαρτία.* et alibi. Constructio autem *ἡ ἐπὶ τῷ Γερ. διαμαρτ.* explicata nobis ad V. S.

40, 26 (**527**): *λῦσον ὦ Πόσειδον τὴν ἐπὶ Δήλῳ χάριν.*

14, 17. *οὗ τὸ σῆμα Ἀθήνησιν ἐν δεξιᾷ τῆς Ἐλευσῖνάδε ὁδοῦ.* Similiter V. S. **54, 31** (**544**): *τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι ἐν δεξιᾷ τῆς Μεγαράδε ὁδοῦ.* **99, 35** (**602**): *ἐτάφη δὲ ἐν τῷ προαστείῳ τῆς Ἐλευσῖνάδε λεωφόρου.* **101, 35**: *κεῖται γὰρ πρὸς τοῖς ἐκ τῶν πολέμων ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀκαδημίανδε καθόδου.* et **53, 45** (**542**): *τάφος δὲ αὐτοῦ* (Marc. **391.** *αὐτῷ* ut **39, 21.** *Διονυσίῳ δὲ σῆμα ἐν τῇ ἐπιφανεστάτῃ Ἐφέσῳ*) *κατὰ τὴν Σμύρναν οὐδείς.*

14, 18. *ἐτύγχανε μὲν οὗτος Ὀλυμπίᾳ νενικηκώς.* V. A. VII, **32**: *θαλλοῦ δὲ στέφανον ἔχων ὁ βασιλεὺς ἄρτι μὲν τῇ Ἀθηνᾷ τεθυκὼς ἐτύγχανεν ἐν αὐλῇ Ἀδώνιδος.* Male Olearius et Morellius comma posuerunt ante *ἐτύγχανεν*, jungenda enim verba *τεθυκὼς ἐτύγχανεν ἐν* — *Ἀ.* In aula Adonidis sacrificaverat Domitianus Minervae, atque ibidem Apollonium primum vidit. *Ὀλυμπία νενικηκὼς* primo obtutu videbatur esse *Ὀλυμπίαν νενικηκώς*, ac fortasse sic dedit scriptor, pro *Ὀλύμπια* (Thucydid. I, **126.**), *Ὀλυμπίασι* (Plat. Apol. **36.** d.), *Ὀλυμπιάδα* (Pausan. VI, **10, 2.**), *Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα* (Xen. Anab. VI, **5, 14.**) vel *ἐν Ὀλυμπίᾳ*, ut videbatur esse Ael. II, **8.** tit. *Περὶ Ξενοκλέους καὶ Εὐριπίδου ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνισαμένων* *). Singularia enim captat Noster,

*) **Hac inscriptione offensus E. Meier Olymp. Spiele p. 302. l. c. reponebat** *ἐν Ὀλυμπιάδι ϛα' ἀγωνισαμένων.* **Krause Olympia p. 397. deleto** *ἐν* **scribebat** *Ὀλυμπιάδι*

atque esset haec metonymia plane eadem, qua usus est V. A. IV, 18, 156: ὁ δὲ ἱεροφάντης οὐκ ἐβούλετο παρέχειν τὰ ἱερὰ, μὴ γὰρ ἄν ποτε μυῆσαι γόητα, μηδὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἀνοῖξαι ἀνθρώπῳ μὴ καθαρῷ τὰ δαιμόνια (pro quo Eusebius adv. Hieroclem vulgarem dictionem restituit scribens τὰ Ἐλευσίνια), nec multum differt, quod statim legis πίνων τὴν ἑαυτοῦ νίκην, ubi alius scripsisset θύων s. ἑστιῶν τὰ νικητήρια, cf. Plut. Agesil. **33.** Phoc. **20.** Subscripsi tamen Ὀλυμπίᾳ, ut quod ductu litterarum esset proximum.

14, 22. ἀπηνέχθη τοῦ ὕπνου. V. S. **82, 31** (580): Ἀθήνησι δὲ ἀπηνέχθη τῆς ἑαυτοῦ δόξης.

14, 23. τῆς ὑστεραίας. V. S. **101, 21** (604): ἡ μελέτη δὲ τῆς προτεραίας προεωραμένη ἐσεκυκλεῖτο.

14, 24. ὠμός τε εἶναι. Cruditatem excusavit. ὠμός hac notione desideratur in lexicis.

14, 25. πονήρως τε ἔχειν πη. V. S. **93, 33** (594): ἐκάλουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ μάγειρον πολυτελῆ ὄψα πονήρως ἀρτύοντα, ubi oblitus sum tunc indicare imitationem s. allusionem ad Eupolidis dictum apud Athenaeum ὄψῳ πονηρῷ πολυτελῶς ἠρτυμένῳ (68. a.).

14, 26. ὁ δ' ἠγρίαινε — ἀνιέντι. Plane sic V. S. **114, 36**: ὁ δ', ὥσπερ οἱ θεοὶ Ὁμήρῳ πεποίηνται οὐ πάντα ἑκόντες ἀλλήλοις διδόντες,

ϛα' ἀγ., sed praestat auctoritate cod. Pal. 155. verba ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγ abjicere.

ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ ἄκοντες, οὕτω δὴ ἠγρίαινε καὶ χαλεπὸς ἦν ὡς περιδραμόντι.

ib. καὶ τὰς τετράδας διασπῶντι. vid. V. S. 87, 29 (586): διορθούμενος αὐτὸν, ὡς ὑφ' ἡλικίας διεσπασμένον τε καὶ μὴ ξυγκείμενον. V. A. I, 3, 6: ὡς μὲν οὖν ξυνήγαγον ταῦτα διεσπασμένα καὶ ὡς ἐπεμελήθην τοῦ ξυνθεῖναι αὐτὰ εἴρηκα, quo loco nescio an non jure sollicitaverim διεσπασμένα in Comm. ad V. S. p. 348.

16, 1. ἔστε ἀπέκτεινε. Restituatur ἔστε et V. A. IV, 14, 151: φασὶ δὲ ἐνταῦθά ποτε τὸν Ὀρφέα μαντικῇ χαίρειν, εἰς τὸν Ἀπόλλωνα ἐπιμεμελῆσθαι αὐτόν. Sic libri, praeter Vratisl., si Oleario fides, qui inde dicit ἧς τὸν Ἀ. recepisse se; ineptâ sane sententiâ, deo vaticinium curae fuisse. Fuit, opinor, a Philostrato scriptum ἔς τε τὸν Ἀ. vel ἔστε Ἀπόλλωνα ἐπιμεμελῆσθαι (an ἐπιμεληθῆναι?) αὐτόν. Heroic. 740 (Boiss. 234) legimus: θεωρὶς δὲ ναῦς — οὐδαμοῦ τῆς Λήμνου καθορμίζεται, μετέωρος δὲ ἐπισαλεύει τοῖς ἀκρωτηρίοις, ἔστ' ἂν αἴσιον τὸ ἐσπλεῦσαι γένηται. Habent tamen omnes codd. ὅσιον, excepto fortasse Par. 2596 et Barocciano ac Laudiano, quorum lectiones Ol. tam negligenter ex margine Morellianae excerpsit, ut ex silentio ejus nil omnino concludere liceat — habent praeterea ἔστε pro ἔστ' ἄν. Guelf. 25 etiam γένοιτο pro γένηται.

16, 2. ἀγνωσίᾳ. cum nesciret gymnasta, Gerenum pridie ὀψοφαγίᾳ ἀήθει χρήσασθαι.

16, 3. οὐ προειπόντος. Anacoluthia eadem apud Demosth. π. στεφ. §. 135: οὐκοῦν ὅτε τούτου μέλλοντος λέγειν ἀπήλασεν αὐτὸν ἡ βουλὴ

καὶ προσέταξεν ἑτέρῳ, τότε καὶ προδότην εἶναι καὶ κακόνουν ἡμῖν ἀπέφηνεν, quo loco vide quae Dissenius et Schaeferus annotaverunt, laudantes etiam Poppo ad Xen. Cyrop. p. 47. Pflugk. ad Eurip. Med. **910**. Simile exemplum, sed ita diversum, ut nominativo, non accusativo adjungatur gen. absol. habes apud Ael. H. A. XI, **16**. nec non V. S. **8, 2** (485): *καὶ ἠλευθέρου τὸ Βυζάντιον Δημοσθένους μὲν πολλὰ πρὸς Ἀθηναίους εἰπόντος, Λέοντος δὲ ὀλίγα πρὸς αὐτὸν Φίλιππον*, quo loco nunc poenitet receptae correctionis *ἠλευθεροῦτο* ex k, m, p.

VIII.

16, 4. *τούτοις ἑπόμενοι.* V. A. II, **14, 66**: *ἔοικας, ἔφη, Ἀπολλώνιε, μεταγράφειν τὸ ἰαμβεῖον, καὶ ἕπομαί σοι, βέλτιον γάρ.* Heroic. **729** (Boiss. **200**): *πιστεύω, ἀμπελουργέ, καὶ ἑπώμεθα τῷ λόγῳ, δι᾽ ὃν σιωπᾶται ταῦτα.*

ib. *σοφίαν τὴν γυμναστικὴν ἐνδειξόμεθα.* Haud ignota fuisse videntur Philostrato, quae Galenus et alii scripserunt contra gymnasticae, ut tum temporis exercebatur, vitia.

16, 5. *καὶ τοὺς ἀθλητὰς ἐπιῤῥώσομεν.* V. S. **87, 27** (586): *ἐπέρρωσε τὸν νεανίαν.* V. A. VII, **4, 282**: *τὸν μὲν* (Par. **1801** recte omittit *μὲν*) *Βίνδικα ἐπιρρωννὺς καὶ τὸν Τιγελλῖνον ἐκπλήττων* ib. VII, **13, 291**: *ὁ δ᾽ ἐπέρρωσε λέγοντα.* VIII, **5, 326**: *ὁ δ᾽ ἐπιρρώσας ἑαυτὸν „σοὶ μὲν χάρις, ὦ βασιλεῦ“ ἔφη.* Im. II, **21**. p. **88, 27** (845): *ὑπερφρονῶν δὲ ὁ Ἀνταῖος ἐπῆρται „δυστήνων δέ τε παῖδες“ ἤ τοιοῦτόν τι πρὸς τὸν Ἡρα-*

κλέα ἐρικῶς λέγειν καὶ ῥωννὺς αὐτὸν τῇ ὕβρει excusari quidem potest αὐτὸν, ut fecit Jacobsius not. ad h. l., sed aptius videtur, Antaeum ipsum sua se contumelia corroborare, quam Herculem ex illius conviciis plus virium capere. Itaque Boissonadio assenserim, accedente auctoritate codicis Monacensis **242.** (cf. Boiss. ad Her. p. **399.**)

16, 6. ἀνηβήσει τὰ στάδια. V. A. IV, **27, 167**: ὅθεν παλαῖστραί τε ἀνήβυσαν καὶ σπουδαὶ (vulg. σπονδαί, male) καὶ τὰ φιλίτια ἐπανῆλθε. ib. V, **40, 225**: ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἤθη Δωρικὰ καὶ Ἀττικά, πάντα τε ἀνήβησε ξὺν ὁμονοίᾳ τῶν πόλεων. Ep. **14 (920)**, quae vulgo inscripta est μειρακίῳ, incipit his verbis: οἱ ἐρωτικοὶ τῶν ποιητῶν ἀγαθὴ ἀκρόασις καὶ ἐξώροις, ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ἐς ἔννοιαν τοῦ ἐρᾶν ὥσπερ ἀνηβηκότας. Recte igitur Kimedoncius (cujus notas ex apographo possideo, cf. Praef. Ol. IX.) hoc judicavit: »Inscribitur μειρακίῳ haec epistola, cum argumentum epistolae postulet potius γεροντίῳ, nisi nomen aliquod proprium imponi debeat, pro eo quod vulgatum est lemmate, μειρακίῳ.« Confirmatur ea suspicio ex cod. Laur. LIX, **30**, ubi epistolae titulus est Κτησιδήμῳ, in quo etiam sequentia bene habent μὴ δὴ νόμιζε σεαυτὸν ὑπερήμερον τῆς τούτων ἀκροάσεως.

IX.

16, 7. ἁλτὴρ δὲ πεντάθλων μὲν εὕρημα. De halterum figura et usu vid. inprimis Antyllum in collectione Oribasii ed. Matth. pag. **125.** Etym. Magn. **71, 20.** Lucian. Anachars. **27**: καὶ

